E T erat iesus eiiciēs demoniū & ill⁹ erat mut⁹. Et cū eiecisset de moniū: locut⁹ est mut⁹: & admirare sunt turbe. Quidā autē ex eis dixerūt. In beelzebub principe demonioz eiicit dāmonia. & alii tentātes signū de celo q̄rebāt ab eo. Ipse autē ut uidit cogi tatiōes eoz dixit eis. Omne regnū in seipm̄ diuisum desolabit⁹: & do mus supra domū cader. Si autē & sathanas in seipm̄ diuisus ē quomodo stabit regnū ei⁹? quia dicitis in beelzebub me eiicere dāmonia? Si autem ego in beelzebub eiicio dāmonia: filii uiri in quo eiiciūt⁹? ideo ipsi iudi ces uestri erūt. Porro si in digito dei eiicio dāmonia: p̄fecto peruenit in nos regnū dei. Cū fortis armat⁹ custodit atriū suū in pace sunt ea q̄ pos sident. Si autē fort. or illo superueniēs uicerit eū: uniuersa arma eius aufe ret: in quib⁹ p̄sidebat⁹: & spolia ei⁹ distribuet. Qui nō est mecū: p̄tra me rens requiē: & nō inueniēs dicit. Reuertar in domū meā unde exiui: & cū uenerit inueniteā scopis mundatam & ornatā. Tūc uadit & assumit septē alios spūs nequiores se: & ingressi habitant in eo. Et sunt nouissi ma hominis illi⁹ p̄iora priorib⁹. Factū est autē cū hęc diceret: extollens uocem qđam mulier de turba dixit illi. Beatus uenter quite portauit & ubera q̄ suxisti. At ille dixit. Quinimo. Beati qui audiunt uerbum dei: & custodiunt illud.

¶ Homilia uenerabilis bede p̄bi.

D Emoniācus iste apud mattheum nō solum mut⁹ sed & cec⁹ fuisse narraf. Curatusq; dī a dño ita ut loqueret⁹: & uideret. Tria generalia signa simul in uno homine perpetrata sunt. Cec⁹ uidet. mut⁹ loq̄f. possessus a demone liberat. Quod & tūc qđ ē carnalr factum ē: sed & quotidie cōplef in p̄uersiōe credētiū: ut expulso p̄imum demone fidei lumē aspiciāt: deinde ad laudes dei ta centia prius ora laxent. (Quidā autē ex eis dixerūt: in beelzebub princi pe demonioz eiicit demōia) nō hoc aliqui de turba: sed pharisei calum niabāt & scribe: sicut alii euāgeliste testāf. Turbis quippe q̄ min⁹ erudi te uidebant dñi semper facta iyrantib⁹: illi cōtra uel negare hec. Vel q

10. sat. xxi.

Joā. v. c.

ij. Loun. v. b.

Ill⁹ erat mu tū: locutus ē mut⁹ grece est p̄sderat surd⁹: locut⁹ surd⁹: sic oē regnūz ac grece ē dō lat & cadit de p̄senti nō de futura desola tur.

Si autē a sathā nas in seipz di uisus est: dicit ualla in seipso diuisus est uel sup seipm̄.

10. sat. ij. b.

Beelzebub
muscarum deo

negare nequerat: sinistra interpretatioe peruertere laborabat quasi haec non diuinitatis sed immundi spiritus opera fuissent. i. beelzebub quod deus erat acharon. nam beel quod est ipse est baal. zebub musca uocat. nec iuxta quodam modo ex eplaria. l. lra uel. d. in fine est nominis legenda: sed. b. Beelzebub ergo baal muscarum. i. deus muscarum: siue hinc muscas interpretat. Obsordes uidelicet in molaticii cruoris ex cuius expurcissimo ritu uel nomine principem demoniorum cognominabant. (Et alii tetates signum de coelo querebant ab eo) uel in more helie igne de sublimi uenire cupiebant. uel in similitudinem famulis tempore estiuo mugire tonitrua: choruscare fulgura: imbres ruere. quasi non possint & illa calumniari & dicere ex occultis & uariis aeris passionibus accidisse. At tu quod calumniaris ea quae oculis uides manu tenes utilitate sentis: quod facies de his quae de celo uenerint? Vtique respondebis. & magos in egypto multa signa fecisse de celo. (Ipe autem ut uidit cogitationes eorum dixit eis. Oportet regnum in seipsum diuisum desolabitur: & domus supra domum caderet.) Non ad dicta sed ad cogitata respondit: ut uel sic compelleretur credere potentia eius: qui cordis uidebat occulta. Si autem oportet regnum in seipsum diuisum desolatur: ergo patris & filii & spiritus sancti regnum non est diuisum quod sine ulla contra dictioe non aliquo unquam poterit labefactari impulsu. Si uero sancte & indiuidue trinitatis indiuiduum: immo quia indiuiduum mater regnum. Desinat arriani minoris patris filium: minoris filio sanctum dicere spiritum. quia quorum unum est regnum: horum est & una maiestas. (Si autem & sathanas in seipsum diuisus est: quomodo stabit regnum ipsius? quia dicitis in beelzebub eicere me demonia?) Haec dicens ex iporum confessione uolebat intelligi quod in eum non credendo: in regno diabolice dixissent: quod utique aduersum se diuisum stare non possit. Eligant ergo pharisei quod uoluerint si sathanas sathanam non potest eicere: nihil contra deum quod dicerent: inuenire potuerunt. si autem potest: multo etiam magis sibi prospiciant: & recedant de regno eius quod aduersum se diuisum stare non potest. In quo autem dominus eiiciat demones: ne demoniorum principem existiment: attendant quod sequitur. (Si autem ego in beelzebub eiicio demonia: filii uerum in quo eiiciunt? Ideo ipsi iudices uerterunt.) Dixit hoc utique discipulis suis illius populi filiis: qui recte domini discipuli iesu christi bene sibi consci fuerant: nihil se malarum artium a bono magistro didicisse ut in principe demoniorum eiicerent demones: ideo inquit. Ipsi iudices uestri erunt. ipsi inquit. ipsi ignobilis & contempnibilis huius mundi in quibus non artificiosa malignitas: sed sancta simplicitas meae uirtutis apparet. ipsi testes mei iudices uestri erunt. Aliter filios iudaeorum exortitas gentis illius ex more significat: qui ad inuocationem deseticiebant demones: & coarctat eos interrogatione prudenti ut confiteantur spiritus sancti esse opus. Quod si expulsio inquit demonum in filiis uestris deo non demonibus deputatur: quare idem in me opus non eandem habet causam? Ergo ipsi iudices uestri erunt non potestate sed con-

Arrianozum
prauitas.

paratione: dum illi expulsionem demonum deo assignant: uos beelzebub principem demoniorum. (Porro si in digito dei eiicio demonia: profecto peruenit in uos regnum dei.) Iste est digitus: quem & confitentur magi: qui contra Moysen & Aaron signa faciebant dicentes. Digitus dei est iste. quo & tabule lapidee scripte sunt in monte synai. Igitur manus & brachium dei filius est. & digitus eius spiritus sanctus. Patris & filii & spiritus sancti una substantia est. Non te scandalizet membrorum inaequalitas quum edificet corporis unitas. Aliter. Digitus dei uocatur spiritus sanctus propter partitionem donorum: quae in eo dantur unicuique propria siue hominum siue angelorum. In nullis enim membris nostris magis apparet participio quam in digitis. Quod autem dixit. Peruenit in uos regnum dei: regnum dei nunc dicit: quo damnantur impii. & a fidelibus peccatis suis poenitentiam nunc agentibus se cernunt. (Quum fortis armatus custodit atrium suum: in pace sunt ea quae possidet.) Fortem diabolus. atrium uero eius: mundum qui in maligno positus est appellat: in quo usque ad saluatoris aduentum male parto potiebatur imperio: quia in cordibus in fidelium sine ulla contradictione quiescebat. Unde & alibi princeps mundi uocatur: dicente domino. Venit enim princeps mundi huius: & in me nil inuenit. Et iterum. Nunc princeps huius mundi eiicietur foras. De qua hic eiectione subiungitur. (Si autem fortior illo superueniens uicerit eum: uniuersa arma eius auferet: in quibus confidebat. & spolia eius distribuet.) De ipso quippe loquitur: quod non concordat fallax operatione: quemadmodum calumniabatur: sed fortiori potentia uictor homines a demonio liberaret. Arma in quibus male fortis ille confidebat: astutiae dolique sunt nequitiae spiritualis. Spolia uero eius ipsi homines sunt ab eo decepti: quae uictor Christus distribuit: quod est insigne triumphantis. quia captiuam duxit captiuitatem: dedit dona hominibus. quosdam quidem apostolos. alios euangelistas. hos prophetas illos pastores ordinans & doctores. (Qui non est mecum aduersum me est. & qui non colligit mecum dispergit.) Non putet quisquam de haereticis hoc dictum & scismaticis: quamquam & ita ex superfluo possit intelligi: sed ex sequentibus textibus sermonis ad diabolus refert & quod non possunt opera saluatoris Beelzebub operibus comparari. Ille cupit animas hominum tenere captiuas. dominus liberare. Illae praedicatorum idola. hic unius dei noticiam. Ille trahit ad uitia. hic ad uirtutem reuocat. Quomodo ergo possunt habere concordiam inter se: quorum opera diuisa sunt? (Quum immundus spiritus exierit ab homine: ambulat per loca iniqua.) Quamuis simpliciter intelligi possit dominum haec ad distinctionem suorum & sathanae operum adiunxisse. quod si licet ipse semper polluta mundare. Sathanas uero mundata grauioribus festinet attingere sordibus. Tamen & de haeretico quolibet uel

Exodi. viii. c.

In nullis membris magis apparet participio in digitis.

Joan. xiiii. c.
Joan. xii. c.

Opera saluatoris a beelzebub diuersa.

de scismatico: uel etiā malo catholicopoteft nō incōueniēter accipi. de quo tpe baptismatis spūs immūd⁹: q̄ in eo prius habitauerat ad p̄felliōnem catholicæ fidei abrenūciationēq̄ mundanæ p̄uersatiōis eiiciatur: locaq̄ in aquosa perageret. i. corda fidelīū: q̄ a mollicie fluxe cogitationis expurgata sint callid⁹ tentator exploret: si quosibi forte sue nequitia gressus figere possit. Sed bene dī (q̄rens requiē & nō inueniēs.) quia castas mētes effugiēs in solo diabolus corde prauarū gratā sibi pōt inuenire quietem. Vnde & de illo dñs. Sub umbra inq̄t dormit. in secreto calami. in locis humētibus. In umbra uidelicet tenebrosas cōscientias (in calamo q̄ foris nitidus: intus est uacuus simulatrices: in locis humētibus lasciuas mollesq̄ mētes) insinuās. Tūc dicit. (Reuertat in domum meā unde exiui.) Timēdus est iste uersiculus nō exponēdus ne culpa q̄ in nobis extinctā credebam⁹: per incuriā nos uacātes opprimat. (Et cū uenerit inuenit scop⁹ mūdātā.) Hoc est grā baptismatis a p̄tōrum lasciuia castigatā: sed nulla boni operis industria cumulatā. Vnde bñ matthæus hāc domum uacātem scopis mundatā: atq̄ ornātā dicit inuentā. Mundatam uidelicet a uitīs pristinis post baptismū. Vacātem a bonis actib⁹ per negligentiam. ornātā simulatis uirtutibus per hypocrisim. (Et tūc uadit & assumit septē alios spūs nequiores se: & ingressi habitāt ibi.) Per septē alios spūs uniuersa uitia designat. Quæcūq̄ em̄ post baptismū siue prauitas heretica: siue humana cupiditas arripuerit: mox omnium p̄ternet in ima uitioꝝ. Vnde recte nequiores tunc eum spūs dñr ingressi: q̄ non solum habebit illa septem uitia: q̄ septem spūalib⁹ sūt cōtraria uirtutib⁹: sed per hypocrisim ip̄s se uirtutes habere simulabit. (Et sunt nouissima hominis illi⁹ peiora priorib⁹.) Meli⁹ est em̄ uia ueritatis nō agnoscere: q̄ post agnitōem retrosum cōuerti. Quod in iuda traditore: uel in Simonē mago: ceterisq̄ talibus specialr legim⁹ implerū. Quo aut̄ generalr hęc parabola tēdat ipse scd̄m matthēū saluator expoliuit: ubi ea terminata mox subdidit dicēs. (Sicerit & generationi huic pessime) id est qd̄ de uno quolibet specialr geri solere narraui: hoc in tota generaliter hui⁹ ppli gente geri nō desinat. Immundus quippe spūs exiuit a iudæis qñ acceperūt legem. & ābulauit per loca arida q̄rēs sibi requiē. expulsus uidelicet a iudæis ambulauit per gentium solitudines. Quæ cum postea dñm credidissent: ille nō inuento loco in natiōibus dixit. Reuertat in domum meā pristina: unde exiui. habui iudæos: quos ante dimiseram. (Et ueniēs inq̄t inuenit uacātē & scopis mūdātā) Vacabat em̄ replū iudeoꝝ. & xpm̄ hospite nō habebat dicentē. Dimitretur uobis domus uestra deserta. Quia igitur dei & angeloꝝ præsidia nō habebāt: & ornati erāt superfluis obseruatiōib⁹ phariseoꝝ: reuertē ad eos diabolus: & septenario sibi numero dæmonum addito: habitat pristina domū. (Et sunt posteriora hominis illi⁹ peiora priorib⁹.) Mul

Job. xl. c.

Mat. xli. p.

Septem spūs uniuersa uitia delignant

Meli⁹ est nō agnoscere uia diuitatis q̄ agnitā relinquere. Ibidem

Mat. xlii. d.

to em̄ nunc maiore dæmonū numero possidentur blasphemantes in fingogis suis xpm̄ iesum q̄ in egypto possessi fuerant ante legis noticiam. Quia aliud est uenturū non credere. aliud em̄ non suscepisse cū uenerit. Septenarium em̄ numerum adiunctum diabolo uel p̄pter sabatum intellige. uel p̄pter numerum spūū sancti: ut quomodo in csaia per uirgam de radice iesse. Et florem qui de radice ascendit: septē spiritus uirtutum descendisse narrantur: ita & e contrario uitioꝝ numerus in diabolo consecratus sit.

Esaie. xl. a.

¶ Segmētum ex euangelio iōānis. vi. cap. lra. A. qd̄ canitur dñica q̄rta in quadragesima.

In illo tempore. Abiit iesus trās mare galilææ qd̄ est tyberiadis. Et seq̄bat eum multitudo magna: q̄a uidebat signa q̄ faciebat super his qui infirmabant. Subiit ergo in montem iesus. & ibi sedebat cum discipulis suis. Erat autem proximum pascha dies fest⁹ iudæoꝝ. cum subleuasset ergo oculos iesus: & uidisset q̄a multitudo magna uenit ad eum: dicit ad philippum. Vnde emem⁹ panes ut māducent hi⁹? Hoc autem dicebat tentās eum. Ipse em̄ sciebat qd̄ esset facturus: Rñdit ei philippus. Ducentoꝝ denarioꝝ panes nō sufficiūt eis: ut unusq̄sq̄ modicum qd̄ accipiat. Dicit ei unus ex discipulis ei⁹ andreas frater symōis petri. Est puer un⁹ hic q̄ habet quinq̄ panes ordeaceos. & duos pisces: sed hæc qd̄ sunt inter tantos? Dicit ergo iesus. Facite homines discumbere. Erat autem fenum multum in loco. Discubuerūt ergo uiri numero q̄si q̄nq̄ milia. Accepit ergo iesus panes: & cum grās egisset: distribuit discumbētibus. Similiter & ex piscibus quātum uolebant. Ut autem impleti sunt: dixit discipulis suis. Colligite q̄ supererunt fragmenta ne pereant. Collegerūt ergo & impleuerūt duodecim cophinos fragmentoꝝ ex quinq̄ panib⁹ ordeaceis & duobus piscibus q̄ super fuerant his qui māducauerant. Illi ergo homines cū uidissent quod iesus fecerat signum dicebant. Quia hic est uere propheta qui uenturus est in mundum.

Accepit iesus panes & cū grās egisset distribuit discumbētibus. dicit lauren. q̄ tam apud iōānē q̄ apud ceteros euāgelistas sic historia narratur grece Accepit aut̄ panes iesus: ubi grās egit & distribuit discipulis: cū cūcumbētibus. Cophinos. i. accētum h̄ in tertia a h̄nc.

¶ Homilia uenerabilis bedæ p̄bri.

Qui signa & miracula dñi ac saluatoris recte cum legūt uel audiunt accipiant: non tam in his quid foris stupeant attendant: quam quid horum exemplo ip̄s intus agere. quid in his mysticum perp̄dere debeant. inspiciant. Ecce etem̄ appropinquante pascha (dies fest⁹ iudæoꝝ) seq̄ntem se multitudinem dominus uerbis salutaris pariter. & ope curationis erigebat. Nam sicut euāgelista alius scribit: loq̄batur illis de regno dei: & eos qui curari indigebant sanabat. Eadēq̄ doctrina & sanatione completa: paucis & decibariis abundantissime refecit. Et nos ergo fides charissimi huius rei exempli imitatores facti: appropinquante pascha die festo n̄c redemptionis

festi

nis adiuncta fratrum caterua dñm toto corde sequamur. Quo actio-
num itinere ingressus sit diligētissime contemplantur: ut uestigia eius seq-
mereamur. Qui em̄ dicit se in ipso manere debet sicut ille ambulauit &
ipse ambulare. Quicquid in nobis impericie nocentis inesse deprehendimus:
crebra uerbi illius auditiōe tergamus. Quicquid uicij tentamēti morbi
uidelicet spūalis nos interiorius uastare senserimus: sollicitē pietatis
illius munere postulemus emundari. Sed & si ei unitos nos celestis
uitæ dulcedine aspexerim⁹: ei⁹ grām si agitemus: ut necessarie nos
cōpūctiōis & cæterarum uirtutum spūalium donis faciare dignes: quā-
nus tempore sacrosanctæ resurrexerit illi⁹ interiorius exteriorisq; decenter
ornati sacramēta salutis puro corpore simul & corde sumamus. Verū
quia breuiter ista p̄libauimus liber diligētius totam sacre seriem lectōnis
intueri. & quicquid in ea mysticum indagare ualeamus ut a pandere chari-
tati. (Abiit iesus trās mare galilæe qd̄ est tyberiadis.) Primo dicendum
est iuxta historiam: quia mare galilæe: qd̄ multis diuersitate circūiacētū
regionum uocabulis distinguit. Illis tm̄ in locis tyberiadis uocat⁹: ubi
apud tyberiadem ciuitatem ags ut aiūt calidis salubrem habitationem
p̄mōstrat. Siq; dem inter fluēte iordane duodeuiginti passuum milibus
in lō gum. & quicquid extenditur in altum. Mystice autem mare turbida ac
tumētia sæculi hui⁹ uolumina significat: in quibus prauis q̄libet iniuste
delectati q̄si pfundis dediti pisces: mētem ad superna gaudia nō inten-
dunt. Vnde bene idem mare galilæe rota cognominat⁹ quia nimirum
amor labētis sæculi q̄si in uertiginem corda mittit: q̄ ad perhēnsi-
desideria ire nō permittit. De quib⁹ psalmista. In circuitu inquit impij
ambulant. Sed ab euntem trans mare galilæe iesum multitudo maxi-
ma seq̄batur: q̄ doctrinæ sanationis & refectiōnis ab eo manera sum-
ma percipit. Quia priusq; dñs in carne apparet: sola illum gens iudaica
seq̄batur. credendo. postq; uero per incarnationis suæ dispensationē
fluctus corruptibilis adiit: calcauit transiat. Maxima mox eum multi-
tudo credentium secuta est nationum: spūaliter instruit: sanari: ac satia-
ri desiderās: & cum psalmista deprecās. Domine ad te pfugi doce me fa-
cere uolūtatem tuam. Miserere mihi dñe quoniam infirmus sum fania
me dñe qm̄ conturbata sunt ossa mea. Et iterum de percipiendis ab eo
uitæ perpetuæ alimoniis pfusa: dñs inqt. Pascit me. & nihil mihi deerit
in loco pascue ibi me collocauit. Quod autem subsēs mōtem iesus ibi
sedebat cum discipulis suis: sed ueniente ad eum multitudine descēdit:
atq; hāc inferiorib⁹ paulo ante curauerat: nequaquā frustra credamus:
sed ad significandum mystice: quia doctrinam & chrisinata sua domi-
nus iuxta percipiētium capacitatem distribuit. Infirmis quidem adhuc
mentibus: ac paruulis spūitu simpliciora credens sacramenta. celsiorib⁹
bus autem quibusq; & perfectioribus sensu: secretiora suæ maiestatis ag-

Quis deo ma-
gis debet sicut
ipse ambulauit
ambulare.

Mare galilee
multis distingui-
tur uocabulis.

Mare qd̄ my-
stice significat.
Mare galilee
et cognoscit.
psal. xi.

psal. cxxi.

psal. xxij

Doctrinam &
chrisinata sua
iuxta percipiē-
tium capacitatem
distribuit per-

chana referans: arctiora deuote conuersationis itinera suggerens & al-
tiora p̄miorum celestium dona promittens.

¶ Segmētum ex euangelio iōānis. viii. cap. F. quod canit̄
tur dñica in in passione.

In illo tpe. Dixit iesus turbis iudeorum: & principibus sacerdotum
Quis ex uobis arguet me de peccator? Si ueritatem dico uobis: q̄-
re uos non creditis mihi? Qui est ex deo. uerba dei audit. Propterea
uos non auditis: quia ex deo non estis. Responderunt ergo iu-
dei & dixerunt ei. Nonne benedicimus nos: quia samaritanus es tu &
demonium habes? Respondit iesus. Ego demoniū non habeo: sed ho-
norifico patrem meū: & uos in honorastis me. Ego autem non quero
gloriam meam: est qui querat & iudicet. Amen amen dico uobis si quis
sermonem meum seruauerit: non uidebit mortem in eternum. Dixe-
runt ergo iudei. Nunc cognouimus quia demoniū habes. Abraham
mortuus est & prophete: & tu dicis. Si quis sermonem meū seruauerit:
non gustabit mortem in eternum. Nunquid tu maior es patre nostro
abraham qui mortuus est? Et prophete mortui sunt: quē te ipsum facis
Respondit iesus. Si ego glorifico meipsum gloria mea nihil est: si pa-
ter meus qui glōrificat me quem uos dicitis: quia deus uester est: & nō
cognouistis eum. Ego autem noui eum. Et si dixerō quia non noui eū
ero similis uobis mendax: sed scio eum: & sermonem eius seruo. Abra-
ham pater uester exultauit ut uideret deum meum: uidit & gauisus est.
Dixerunt ergo iudei ad eum. Quinquaginta annos nondū habes &
abraham uidisti? Dixit ei iesus. Amen amen dico uobis: ante q̄ abraham
fueret ego sum. Tulerūt ergo lapides iudei ut iacerent in eū. Iesus autē
abscondit se & exiit de templo.

¶ Homilia beati gregorii pape de eadē lectiōe. Habita ad po-
pulū in basilica sancti petri apostoli dominica in passione.

¶ Enstate fratres charissimi mansuetudinem dei. Relaxate pecca-
ta uenerat & dicebat. (Quis ex uobis arguet me de peccator?)
non dedignatur ex ratione ostēdere se peccatorē non esse: qui
ex uirtute diuinitatis poterat peccatores iustificare. Sed terribi-
le est ualde quod subdidit. (Qui ex deo est: uerba dei audit. Propterea
uos non auditis: quia ex deo non estis.) Si enim ipse uerba dei audit qui
ex deo est: & audire uerba eius non potest quisquis ex illo non est: in-
terroget se unusquisq; si uerba dei in aure cordis percipit: & intelligit
unde sit. Coelestem patriam desiderare ueritas iubet: carnis desideria
conteri mundi gloriam declinare: aliena non appetere: propria largi
ri. Penset ergo apud se unusquisq; uestram: & si hec uox dei in cordis
eius aure conualuit: quia iam ex deo fit agnoscer. Nam: sunt nonnul-
li qui p̄cepta dei nec aure corporis percipere dignantur. Et sunt non-
nulli qui p̄cepta dei nec aure corporis percipere dignantur. Et sunt non-
nulli qui p̄cepta dei nec aure corporis percipere dignantur.

¶ Verbum meo
mihi audio
res sunt i mul-
tipliciter differē-
tia.

nulli q̄ hec quidē corporis aure percipiunt: sed nullo ea mentis desiderio cōplectūt. Et sunt nōnulli q̄ libēter uerba dei suscipiūt: ita ut ēt in fletibus cōpungantur: sed post lachrymarū tēpus ad iniquitatē redeūt. Hī p̄fecto uerba dei nō audiunt: qui hec exercere in ope cōtemnūt. Vt ergo uestrā fratres charissimī ante mētis oculos reuocate: & alta cōsideratiōe pertimescite. Hoc qd̄ ex ore ueritatis sonat. Propterea uos nō auditis quia ex deo nō estis. Sed hoc qd̄ de reprobis ueritas loquitur ipsi hoc de semetipsis reprobi iniquis suis opib⁹ ostēdunt. Nā sequitur respondērunt ergo iudei & dixerūt ei. Nōne bñdicim⁹ nos: quia samaritanus es tu: & demoniū habes? (Accepta aut̄ rāta contumelia: quid deus respōdeat audiamus. (Ego demoniū non habeo: sed honorifico p̄tem meum: & uos inhonorastis me.) Quia em̄ samaritanus interpretatur custos: & ipse ueraciter custos est. De quo Psalmista ait. Nisi dñs custos dierit ciuitatem: in uanum uigilant qui custodiunt eam. Et cui p̄ esaiā dicitur. Custos quid de nocte: Custos quid de nocte. Respondere noluit dñs: samaritanus nō sum: sed ego demoniū nō habeo. Duo quippe ei illata fuerant: unū negauit: aliud tacendo cōsensit. Custos namq̄ humani gñis uenerat: & si samaritanū se nō esse diceret: esse se custodē negaret. Sed tacuit quod cognouit: & patiēter repulit quod dictam fallaciter audiuit. (Ego demoniū nō habeo.) In quib⁹ uerbis qd̄ aliud nisi superbia nra cōfundit: quæ si ex agitata uel leuiter fuerit atrocior res iniurias reddit: q̄ acceperat. Facit mala que potest: minatur: & quæ non pōt facere. Ecce iniuriam suscipiens de⁹ non irascitur. Nō contumeliosa uerba respōdit: qui si eisdē ita dicentibus respōdere uoluisset: demoniū uos habetis: uerum p̄fecto diceret: quia nisi impleti demōio fuissent: tam peruersa de deo loqui nō possent: sed accepta iniuria etiā quod uerum erat dicere ueritas noluit: ne nō dixisse ueritatem: sed pro uocatus contumeliā reddidisse uideretur. Ex qua re quid nobis inuicē nisi ut eo tempore quo a proximis es falsitate cōtumelias accipim⁹: eorū ēt uera mala taceamus: ne miltierū iuste correptiōis in arma uertamus furoris. Sed quia quisquis dei zelo utitur: a prauis, hōibus sepe de honestatur: in semetiplo nobis dñs patientie p̄buit exemplū: qui ait: (Sed honorifico patrem meū: & uos inhonorastis me) Sed quid nobis ad ista faciendū sit: adhuc exēplo nos ammonet cū subiugit. (Ego autem nō quero gloriā meam: est qui q̄rat & iudicet) Scimus certe quod scriptū est. Quia pater omne iudicium dedit filio. Et tamen ecce demofilius iniurias accipiens gloriā suā non querit. Illatas contumelias patris iudicio reseruat: ut nobis p̄fecto inijnet quantum nos esse patientes debemus dum adhuc se ulcisci nō uult: & ipse qui iudicat. Cum uero malorum peruersitas crescit nom solum frangi p̄ dicationē nō debet sed etiam augeti. Quod suo dominus exemplo nos ammonet: qui

Samaritanus
custos interp̄
tatur.
ps̄al. cxxvi.
Esaie. xxi. c.

patientia xpi
nos ad patientiā
exhortari
debet.

Joan. 9. 30.

postquam habere demonium dictus est: predicationis sue beneficia largius impendit dicens. (Amen amen dico uobis: si quis sermonē meum serauerit mortē nō gustabit in eternū. (Sed sicut bōis necesse ē ut meliores etiā per cōtumelias existant: ita semp̄ reprobi de beneficio peiores fiunt: nam accepta p̄dicatione iterū dicunt. (Nūc cognouim⁹ quia demonium habes. (Quia em̄ eterne morti inherant: & eandē mortē cui inherant nō uidebāt: dum solam mortem carnis aspicerēt in ueritatis sermone caligabāt: dicentes. (Abraam mortus est & p̄phete mortui sunt: & tu dicis. Si quis sermonē meū serauerit mortē nō gustabit in eternū.) Vnde & ip̄i ueritati eundē abraam & p̄phetas quasi uenerātes preferunt. Sed aperta nobis ratione ostēditur quia qui deū nesciūt. dei quoq̄ famulos falso uenerantur. Et notandum qd̄ uidit eos dñs a perra sibi impugnatione resistere. & tñ eis se iterata nō definit uoce p̄dicare dicens. (Abraam pater uester exultauit ut uideret diē meum: uidit & gauisus est.) Tūc quippe diē dñi abraam uidit cum in figura summe trinitatis tres angelos hospicio recepit. Quib⁹ p̄fecto susceptis sic tribus quasi uni locutus est. Quia & hī in p̄sonis numerus trinitatis est. in tñ natura unitas diuinitatis. Sed carnales mentes audiētū oculos a carne nō subleuāt: dum in eo solā carnis etatem p̄sant: dicētes. Quin quaginta annos nōdū habes & abraā uidisti. Quos benigno redemptor noster a carnis sue icuitu submouet: & ad diuinitatis cōtēplatiōem trahit dicens. (Amen amē dico uobis: a te quā abraā fieret ego sum.) Ante em̄ p̄teriti t̄pis est: sum p̄sentis. Et quia p̄teritum & futurum tēpus diuinitas non habet: sed semp̄ esse habet. non ait ante abraam ego fui: sed ante abraam ego sum. Vnde & ad moysen dicitur: Ego sum q̄ sum hec dices filiis israel. Qui est misit me ad uos. Ante ergo uel post abraā esse habuit q̄ & accedere potuit p̄ exhibitionē p̄sentie & recedere p̄ cursū uite. Veritas uero semp̄ esse habet: quia ei quicquam nec priorit̄ se incipitur nec subsequēti terminatur. Sed sustinere ista aternuatis uerbamētes in fidelū nō ualētes ad lapides currūt. Et quē intelligere nō poterāt obruere q̄rebant. Quid aut̄ contra furorem lapidatiū dñs fecerit: ostēdit: cum p̄inus subinfertur. (Iesus aut̄ abscondit se & exiit de tēplo.) Mirum ualde est fratres cum p̄secutores suos dñs se abscondēdo declinauerit: qui si diuinitatis sue potētiam exercere uoluisset: tacito nutu mētis in suis oculis ligaret: aut in p̄sa subite mortis obrueret. Sed quia pati uenerat exercere iudicium nolebat. Certe sub ip̄o passionis tempore: & quantum poterat ostendit: & tamē hoc ad quod uenerat pertulit: nam cum p̄secutoribus suis querentibus se dicere te ego sum: solla hac uoce eorum superbiam pertulit: & omnes in terram strauit. Qui ergo & in loco hoc potuit manus lapidantium non se abscondendo euadere: cur abscondit se: nisi quod homo iatex homines fas

Deū nesciētes
si famulos falso
uenerantur.

Gene. xviii. 1.

Exo. iii. 14.

Ep̄asi uelisset
facile suos
p̄secutores ex
terminasset.

Joā. xv. 1. 1.

Roma. xij. d.

ctus redētor noster: alia uobis uerbo loquitur alia exēplo? Quid autē nobis hoc exēplo loquitur: nisi ut etiam cum resistere possumus irā superbētium humiliter declinemus? Unde & per paulum dicitur: Date locum ire. Quanta humilitate iram pximi ferre debeat: perpēdat homo si furor irascētū abscondēs se declinauit deus: nemo ergo se cōtra acceptas cōtumelias erigat: nemo cōiicis cōiuitia reddat. Imitatio ne etem dēi gloriosus est iniuriā tacēdo fugere: quā respondēdo superare. Sed contra hoc superbia dicit in corde. Turpe est ut accepta iniuriā taceas. Quisquis conspiciat quia contumeliā accipis & taces: nō putat quia patientia exhibes sed crimina cognoscis. Sed unde uox ista in corde nō cōtra paciētiam nascitur nisi quia nimis cogitationē figimus & dum in terra gloriā querimus placere ei qui nos de celo cōspicit nō curamus. Accepta ergo cōtumelia meditemur in opere uocē dēi (Ego non quero gloriā meā: est qui querat & iudicet) Hoc autē quod de deo scriptū est. Abscondit se: intelligi & aliter potest. Multa quippe iudeis pdicauerat: sed pdicationis ei? uerba deridebāt. Deteriores quoq; ex pdicatione facti sunt: qui usq; ad iacēdos lapides peruenerūt. Et quid abscondēdo se dūs significat: nisi quod eis ipsa ueritas absconditur qui eius uerba sequi contēnūt. Eam quippe quam non inuenit humilē: ueritas fugit mentē. Et quā multi sunt hodie qui iudeorū duritiā detestantur: quia pdicationē dēi audiri noluerunt: & tamen quales illos arguūt fuisse ad fidē: tales ipsi sūt ad operationē. precepta dēi audiūt: miracula cognoscunt: sed conuerti a suis prauitatibus renuunt. Ecce uocat & redire nolunt. Ecce sustinet: & eius paciētiam dissimulamus. Dum ergo tēpus habemus fratres prauitate suam unusquisq; deserat: dēi paciētiam pertimescat ne quē nunc tranquillum despiciat: iratum postmodum nequaquam euadere possit.

Veritas ipsa
abscondita fuit
iudeis.

Segmentū ex euangelio Matthei xxi. cap. A qd canitur dominica in ramis palmarum.

In illo tpe. Cum appropinquasset dñs ierusalymis & uenisset bethphage ad mōtē oliuē: tūc misit duos discipulos dicēs eis. Ite in castrū quod contra uos est & statim inuenietis asinam alligatam & pullum cum ea: soluite & adducite mihi. Et si quis aliquid uobis dixerit: dicite quia dominus his opus habet. & confestim dimittet eos. Hoc autē factū est: ut adimpleretur quod dictum est per prophetam dicentem. Dicite filie syon: ecce rex tuus uenit tibi mansuetus sedens sup asinā & pullum filiū sibi uigalis. Euntes autem discipuli fecerunt sicut preceperat illis iesus. Et adduxerunt asinam & pullum: & imposuerunt super eos uestimenta sua: & eum de super sedere fecerūt. Plurima autē turba strauerunt uestimenta sua in uia. Alii autē cedebāt ramos de arboribus & strangebant in uia. Turba autē q̄ p̄cedebat & q̄ sequebā-

Esai. li. ij. d.
zachei. ix. b.

tur clamabāt dicēs. Osanna filio dauid: bñdictus qui uenit in nomine dñi: osanna in altissimis. Et cum intrasset ierusalymam: commota est uniuersa ciuitas dicens. Quis est hic? Populi autem dicebāt. Hic est iesus ppheta a nazareth galilee.

Homilia uenerabilis bedae p̄bri.

Mediator dei & hominū homo xps iesus: qui p̄ humani generis salute passurus de coelo descenderat ad terras: appropinquaret hora passiōis: adpropinquante etiam uoluit loco passionis: ut etiam per hoc claresceret: quia nō inuictus: sed spōte pateretur. In asina uenire & a turbis rex appellari ac laudari uoluit: ut etiam per hoc eruditus quisq; agnosceret ipm esse xpm: quem sic illo uerurum ppheta olim pmissa signauerat. Ante dies quinq; pasche uenire uoluit sicut ex ioānis euāgelio didicim⁹. Ut etiam per hoc ostēderet agnū immaculatū se esse: q̄ p̄tm̄ tolleret mūdi. Agn⁹ quippe paschalis: cui⁹ immolatiōe popul⁹ israeliticus ab egyptia est seruitute liberatus: ante quinq; dies pasche. i. decima luna domum inferri & ipsa die pasche. i. tridecima luna ad uesperū iussus est immolari significans eum qui nos suo sanguine redempturus. ante quinq; dies pasche. i. hodierno die magno p̄cedētium sequētiumq; p̄p̄torū gaudio ac laudatione deductus uenit in templum dei: & erat quotidie docēs in eo. Quinta demū passa die ubi ueteris pasche sacramēta hacten⁹ obseruata cōsumauit ac noui deinceps obseruandi discipulis sacramēta p̄tradidit egress⁹ in mōtē oliuētū tētus est a iudeis: & mane crucifixus. Ipsa nos die a dēmōiaca dñatione redemit q̄ antiquus ille hebr̄eorū p̄p̄tus per immolationē agni iugum egyptie seruitutis abiecit. Ergo dñs instar agni paschalis ante quinq; dies quam pati in ḡte per locum passionis adiit: ut se insinuaet illum esse: de quo pdixit Esaias. Sicut ouis ad occisiōem ducetur: & q̄ si agn⁹ coram tondēte se obmutesceret: & nō aperiet os suū. Et paulo superius. Ipse em̄ uulnerat⁹ est p̄pter iniquitates n̄as: & liuore eius saluati sumus. Sed inuidorū corda principum in cūctis q̄ p̄uide gessit: eū persequi quam in eum credere maluerunt. Et multū miseri auctorem uitę mortis potius dare: q̄ per eum ipsi uiuificari studebāt. Verū nos perfidorū cecitate declinata: eorum magis exemplatq; fideliter dñm laudauerunt sequamur: & iter eius mysticum mystica ut decet interpretatio ne scrutemur. Asina & pullus quibus sedēs ierusalymam uenit: utriusq; populū iudei uidelicet & gētilis simplicita corda designant quibus p̄s̄tens ipse q̄q; noxia libertate suo frenans impio ad uisiōem superne pacis inducit. Ierusalyma etenim uisio pacis interpretatur. Et bene cum ad montem oliuētū uenisset dominus: discipulos qui hoc animalia ad ducerent misit: quia non nostris ad eum meritis: sed sola ipsius gratia largiente peruenimus. Ioannes attestante qui ait. Et in hoc est chari-

Ios. x. d.

imperet

Esai. lili. d.
Ibidem.

Per asinā et
pullū quid de
signatur.

Ierusalyma
lio pacis d̄
Joan. lili. b.

tas non qm nos dilexerim² deum: sed qd ipse prior dilexit nos. Mōs nā
 qd oliueti celstiqdine dñice dilectōis: q nos misericorditer illustrare ac
 saluare digna² est in si nuat. Nō solum qd olei natura lucis ministra ē
 & laboz dolorumq; so lamē: uerum etiā qd cunctis qb² miscetur solet
 excellere liquorib². Et apłus de charitate locutus adhuc inqt excel
 lentiozem uia uobis demōstro. Ad mōtem igitur oliueti ueniēs dñs ali
 nos sibi: qbus ierosolymam petat: pcepit exhiberi figurate significans
 hoc: qd alibi dicit, Quia sic de² dilexit mūdum: ut filium suum unige
 nitum daret: ut oēs qui credūt in ipso: nō pereāt: sed habeāt uitam eter
 nam. Duos ad exhibenda sibi iumenta misit discipulos: ut significarēt
 in utrumq; pplm circuncisionis. s. & ppuū p̄dicatores esse destinādos.
 Vel cerre duos misit: ut eosdem p̄dicatores doctrina simul: & operatio
 ne perfectos esse moneret: ne uel erroris uerba indocti ueritati misce
 rent: uel ea q rectius docuissent: peruerse uiuendo negarent. (I uenie
 tis inquit asinam alligatam: & pullum cumea. Soluite & adducite mi
 hi.) Pullum quoq; alligatum fuisse: alii euāgeliste testātur. Vterq; ppl̄s
 funibus p̄torum erat circumplēxus & solatione diuina op² habebat.
 iste lege q̄ acceperat male utēdo ille nunq̄ accipiēdo peccauerūt. Vnde
 bene dicit apłs. Quia nō est distinctio: oēs em̄ peccauerūt & egent glo
 ria dei: iustificati gratis per grām ipsius. Et pulchre alii tres euāgeliste
 q gentibus scripserūt: pullum solummodo alligatum me morāt. Mat
 thaeus aut euāgelista qui & hebræis & hebræo sermōe scripsit euange
 lium: etiam asine facit mētionem: puidā utiq; disp̄latiōe: ut quoz sa
 lutē scribēdo q̄serat: hos saluādos a dño mystice doceret eē figuratos.
 (Et si qs uobis inqt aliqd dixerit: dicite qd dñs his opus habet & p̄estim
 dimittere eos.) Et doctorib² percipit: ut si quid eis obstiterit aduerfita
 tis si quis phibuerit p̄ctōres a laq̄is diaboli solui: & per confessionem fi
 dei dño: adduci non tñ p̄dicando desistant sed constāter influent: qd
 dñs ad edificandum ecclesiam talibus opus habet. Quamuis se uis
 sit persecutor & immanis: nō potest tñ eorum obfistere saluatiōi quos
 nouit dñs: quia sunt eius: quos ad uitam p̄ordinauit eternam. Adhi
 betur aut hūc factō pphete testimonium: ut appareat dñm qdem om
 nia q de ipso erant scripta complexe: sed inuidia cecatos scribas & pha
 riseos ea q̄ ipsi legebant intelligere nequiuisse. (Dicite filiæ syon: ecce
 rex tuus uenit tibi mansuetus sedens super asinam & pullum filiū sub
 iugalis.) Filia syon: ecclesia est fidelium pertinens ad supernā ierusalē:
 quę est mater omnium nostrum. Cuius portio tunc non minima erat
 in populo israel: regem habens mansuetum: quia non terrena in miti
 bus: sed mansuetis coelestia regna dare consueuit dicens. Discite a me
 quia mitis sum & humilis corde: & inuenieris requiem animabus ue
 stris. De quibus psalmista. Mansueti inquit possidebāt terram: & dele

Luce. xix. c.
 mbarci. xi. a

Adroma. x. c.

Secu² p̄secutor
 nō p̄or resistere
 saluatiōi fide
 lium.

Esaie. lxi. d.
 Zacha. ix. b
 Filia syon eccle
 sia est.

Mat. xj. d

Psal. cxxvi.

stabantur in multitudine pacis. Rex uero mansuetus mansuetis. i. humi
 libus corde terrā pacis tribuit: quos in terra belli & tribulationū quon
 dā rex impi². i. diabol² superbie uulnere strauit. (Sedēs inqt super asinā
 & pullū filiū subiuigalis) qd regescit super corda humiliū & quietorū &
 tremētia uerba eius siue eoz. qui in sinagoga iugū legis trahere noue
 runt: seu illoz qui gētili diu liberrate effrenes eiusdē sinagogæ instātia
 ad fidei & ueritatis sunt grām cōuersi. (Adducētes aut asinā & pullum
 discipuli posuerūt super eos uestimēta sua: & dñm desuper sedere fece
 rūt.) uestimēta discipuloz opera sunt iustitię psalmista teste: q ait Sa
 cerdotes tui induant iusticiā. A sinos quos nudos inueniūt discipuli: suis
 sternūt uestimētis: & ita desuper dñm imponunt: quū p̄dicatores sancti
 quoslibet a sanctitatis habitu uacuos inueniūt: hosq; uirtutū suaz exē
 plis ad suscipiēdā fidē & dilectiōne sui p̄ditoris imbuūt. Nō em̄ nudam
 dñs asinā: nō nudū uoluit ascendere pullū: qd siue iude² siue gentilis nisi
 sc̄tōz fuerit dictis ornatus & actis: nō potest dñm habere rectorē: sed re
 gnat potius p̄ctm̄ in mortali eius corpore ad obediēdū concupiscentiis
 eius. (Plurima aut turba strauerūt uestimenta sua in uia.) Plurima hec
 turba innumerabile marty² designat exercitū: qui corpora sua anima
 rū uidelicet tegumēta pro dño dabāt: quo seq̄ntibus electis planiorem
 recte uiuendi callē facerēt: ne q uidelicet dubitarent tibi pedē bonę actio
 nis ponere in pace: ubi non paucos uiderent in bello precessisse marty
 rii. (Alii aut credebāt ramos de arboribus: & sternerēt in uia.) Rami ar
 boz dicta sunt patrū p̄cedentiū exempla. Et qsq; in exemplum recte
 credendi siue operādi qd pphete: qd apostoli: qd ceteri sancti dixerunt
 seu fecerūt: p̄dit ramos p̄fecto de arborib² cedit: quibus iter asini dñm
 portātis complanēt: qd sententias de sc̄tōz libris excerpit: per quas sim
 plicium xp̄i corda ne in uia ueritatis errēt edificet. (Turbe aut quę p̄ce
 debāt & quę sequebātur clamabāt dicentes. O fanna filio dauid.) Vna
 eademq; p̄fessionis & laudatiōis uoce deū qui p̄cedunt & qui sequuntur
 exaltāt: quia una nimis fides est eoz: qui ante incarnatiōem dñicā & q
 post hęc fuerūt p̄bati quos sacramenta habuerint p̄ tempore rōne dis
 paria. Petro attestāte: qui ait. Sed per grām dñi selu credimus saluari:
 quemadmodum & illi. Quod aut alunt o fanna filio dauid: hoc est qd
 in psalmo legitur. Dñi est salus: & super ppl̄m tuum bñdictio tua: hoc
 est qd in magne deuotione laudis in apocalypsi sc̄tōz chorus resonat.
 Salus deo nro q sedet super thronū & agno. (Bñdictus qui uenit in no
 mine dñi.) In noie dñi: in nomine dei p̄ris significat. Quod ipse alibi in
 deis nō credētib² dicit. Ego ueni in nomine p̄ris mei: & non recepistis
 me. Alias ueniet in nomine suo: illū recipietis. Veniet em̄ xp̄s in nomine
 dei p̄ris qd in omnib² q̄ gessit & dixit: p̄rem gl̄ficare & gl̄ficādū homi
 nib² p̄dicare curauit. Veniet anti xp̄s in nomine suo: q cū sit hō omniū

Psal. cxxj.

Quare nō as
 cēdit dñs nu
 das asinā aut
 pullum.

Actum. xv. c.

Psal. iij

Apoca. vii. c
 Jean. v. g.

q. d. b. ii. b.

nequissimus: & diabolo comite plenus: nō dedignabitur se filium dei cognominari. Aduerfatur em̄ & extollitur super omne quod dī deus aut quod colitur. Assumunt autem uersiculum laudis turbe de psalmo cētesimo decimo septimo: quē de dño cātātū nemo ē qui dubitet. Vnde de pulcrā p̄mittit lapidē quē reprobauerunt edificātes: hic factus est in caput āguli: quia uidelicet x̄ps quē reprobauerunt iudei: edificātes suarū decreta traditionū: fact⁹ est in monumētū utriusq; ppli credētis iudei. s. & gētilis. Quod em̄ in psalmo lapis āgularis uocatur x̄ps hoc est utriq; qđ in euāgelio prācedentiū seq̄ntiumq; collaudatur uoce turbarum. Quod autē in eiusdē laudis prosecutiōe subiungit. (O sanna. i. sal⁹ siue saluifica in altissimis: perspicue docet aduētū dñi in carne: nō solū hūani generis in terra: sed & angelorū in coelis esse salutē: q̄a dū nos redēpti ad superna perducimur: eorū p̄fecto numer⁹: qui sathana cadente erat minorat⁹ implet. Hinc em̄ paulus ait. Instaurari omnia in x̄po q̄ in coelis & q̄ in terra sunt in ipso. Recte igit̄ osanna in altissimis in eiusdē laudē canitur: cui⁹ tota incarnatiōis dispēsatio p̄implēda gloria p̄iis cōlestis aderat. Proinde necesse est fr̄es mei ut ad p̄missam nobis p̄iam tota mētis deuotiōe tendam⁹: semper recordātes q̄a & si angusta est uia q̄ ingredimur: beata est tñ mātio: ad quā festinamus. Felicius quippe ē per aspēziter ad regnū: quā per amoenū & planū ad suppliciū duci. Felici⁹ est p̄tinetia carnis t̄pali gaudiū perenne mereri: quā p̄lasciua paruī t̄pis aeternā luere uindictā: ecce in ieiuniū quadragesimale dño auxiliāte tā plurima ex parte compleuim⁹. Testis est unicuiq; cōsciētia sua: quia q̄nto districtius se sanctis hīs diebus dño mancipasse meminit tanto āplius gaudens sc̄tm̄ dñice resurrectionis t̄ps expectat. At si qua forte adhuc cōsciētia min⁹ perfecte castigata accusat: nulli dubiū quin p̄uidus & tremens tāte solēnitatis p̄stolatur aduentum. Nec tñ hic talis de salute diffidat: ne aliqua suorū numerositate uel enormitate scelerum confusus: barathrū desperatiōis incidat iuxta illud salomonis. Impius quum uenerit in pfundū malorū: cōtemnit. Sed sollicite perpēdat q̄a si t̄ps annuā festiuitatis. (qua de autoris nostri resurrectiōe lectamur) tanto uel gaudio castos: uel impuros metu & pfusione afficit: multo magis in t̄pe districti examinis: q̄n̄ generalis omniū resurrectio celebrat. Et iā audita iudicis sentētia hos cōsciētia mūda excusās latificat: illos noxia accusans imperpetuū dānat. Quicumq; ergo fr̄es dilectissimi continentie armis accincti ab initio quadragesimāe cū t̄ratore superbo certare cōperūt: uideāt caute ne cepta deserāt: priusq; hoste p̄trato ministeriis donentur angelicis. Qui uero hactenus armatūcam uirtutum non induit uel hodie incipiat: hodie cum turbis illis fidelibus fidei opera assumat: imploret pietatē eius: q̄ in nomine p̄ris adueniēs b̄ndictionē mundo attulit: & Osanna in altissimis proclamās saluari se superna in patria fla-

felicit⁹ ē p̄ aspe
ritur t̄re ad
lū q̄ p̄ plēnū
ad suppliciū

p̄son. xviii. a

gitet. Sternat uestimenta sua in uia. i. membra sui corporis humiliet in p̄senti: ut exaltet ea deus in futuro memor illius. Dauidici. Qui exultabunt ossa hūiliata. Ramos de arboribus cedat: & sibi sternat in uia. i. sc̄torum scripta sedulus ad memoriā reuocet: quib⁹ stantes ne cadāt roborātur. Lapi ne diutius iaceant hortātur: resurgētes ut uirtutib⁹ exerceātur instruuntur. Exercitati in uirtutib⁹ p̄mia in coelis ut sperēt eriguntur: bisq; gressus suarū actiōis: ne in lapidē offensionis & petrā sc̄da li offendāt premuniat: ac si etiā ipse cum ceteris fidelibus redemptoris uestigia sequatur: passiōisq; ac resurrectiōis ei⁹ mysteria digna mentis puritate ueneretur: qui electis omnib⁹ mēbris uidelicet suis in remediū uulnē simul & cōlestium gaudiorū pignus dare dignatus est iesus x̄ps dñs n̄r: qui uiuit & regnat cum p̄re in unitate sp̄sū sancti deus per omnia s̄cula s̄culorum. Amen.

¶ Segmentum ex euangelio marci. xvi. capite. A. quod canitur in die sc̄to pasche resurrectionis.

In illo t̄pe. Maria magdalene & maria iacobi & salome emerunt aromata ut ueniētes ungerēt iesum. Et ualde mane una sabbatorum ueniunt ad monumētum: orto iā sole. Et dicebant ad inuicē. Quis reuoluet nobis lapidē ab ostio monumētū: Et respiciētes uiderunt reuolutum lapidem. Erat quippe magnus ualde. Et introeūtes in monumētum uiderunt iuuenē sedentē in dextris coopertū stola candida & obstupuerunt. Qui dixit illis. Nolite expauescere. Iesum quem q̄ritis nazarenum crucifixum. Surrexit nō est hic. Ecce locus ubi posuerunt eum. Sedite & dicite discipulis eius & petro: quia p̄cedet uos in galileam: ibi eum uidebitis: sicut dixit uobis.

¶ Homilia beati Gregorii pape de eadem l̄ctōne. Habita ad pplm̄ in basilica beate marie die sc̄to pasche.

Multis uobis l̄ctōnibus fr̄es chariss̄mi per dictatū loq; p̄sueui: sed quia lacescente stomacho ea q̄ dictauerā legere ipse nō possum: & quosdā uim min⁹ libēter audientes intueor: unde nūc a me ipso exigere p̄tra morē uolo: ut intra sacra missarū solēnia l̄ctōne sc̄ti euāgelii nō dictādo sed colloq̄ndo edisserā. Sicq; excipiat ut loquimur: quia collocutiōis uox corda torpētia plusq; sermo l̄ctōnis excitat: & q̄si q̄dā manu sollicitudinis ut euigilent pulsat. Et quidē ad hoc op⁹ me sufficere posse nō uideo: sed tñ uires q̄s imperitia denegat: charitas administrat. Scio nāq; qui dixit. Ap̄ os tuū & ego adimplebo ill⁹: bonū ergo op⁹ nobis in uolūtate sit. Nā ex d̄uino adiutorio erit in p̄fectiōe. Dat loq̄ndi ausum ip̄a ē resurrectiōis dñice tāta solēnitas: quia & indignū ualde ē ut eo die laudes debitas faceat lingua carnis: quo uidelicet die caro resurrexit autoris. Audistis fr̄es charissimi qđ sancte mulieres q̄ dñm fuerāt secute: cū aromatis ad monu-

p̄sal. l.

¶ Et plus ex
cita q̄ lecto.
p̄sal. lxxx.

mentū uenerūt: & ei quē uiuentē dilexerant: etiā mortuo studio hūanitat̄is obsequunt̄. Sed res gesta aliqd̄ in sc̄tā ecclesia signat̄ gerēdum: sic quippe necesse est ut audiam⁹ q̄ facta sunt: q̄tinus cogitem⁹ etiam q̄ nobis sint ex eorū imitatiōe faciēda. Et nos ergo in eū q̄ est mortu⁹ credētes: si odore uirtutū refecti cū opinione bonorū opor̄ dūm q̄rimus: ad monumentū p̄fecto illius cū aromatib⁹ uenimus. Ille autē mulieres angelos uidēt: q̄ cū aromatibus uenerūt: q̄ uidelicet ille mētes super nos ciues aspiciunt: q̄ cum uirtutū odorib⁹ ad deū per sc̄tā desideria p̄ficiscuntur. Notandū uero nobis est qd̄ nā sit: qd̄ in dextris sedere angel⁹ cernitur. Quid nāq̄ per sinistra nisi uita p̄sens? Quid uero per dexterā nisi perpetua uita signatur? Vnde in cāticis cāticorū scriptū est. Leua ei⁹ sub capite meo: & dextera illi⁹ amplexabit̄ me. Quia igit̄ redēptor n̄ iam p̄sentis uitae corruptiōem trāserat: recte angel⁹ q̄ nunciare perennē ei⁹ uitā uenerat: in dextera sedebat q̄ stola cādida indutus apparuit: q̄a festiuitatis n̄ a gaudia nunciauit. Candor etem uestis splendorē n̄ a denūciat̄ solemnitatis. N̄ sic dicamus: an sue? Sed ut fateamur uerius: & sua dicamus & n̄ a illa quippe redemptoris n̄i resurrectio & n̄ a festiuitas fuit: q̄a nos ad immortalitatem reduxit: & angelorū festiuitas extitit: q̄a nos reuocādo ad coelestia eorū numeꝝ impleuit: in sua ergo ac n̄ a festiuitate angelus albis uestib⁹ apparuit: q̄a dum nos per resurrectiōem dñicā ad superna reducimur: coelestis patrie dāna reparantur. Sed quid aduenientes foeminas āgelus affatur audiamus. (Nolite expauescere) ac si aperte dicat pauēat̄ illi q̄ non amat̄ aduentū supernorū ciuiū pertimescāt q̄a carnalibus desideriiis p̄ssi: ad eorū societatem pertingere se posse desperāt uos autē cur pertimescitis q̄ uiros conciuēs uidetis? Vnde & matthaeus āgelum apparuisse describens ait. Erat autē aspectus eius sicut fulgur: & uestimenta eius candida sicut nix. In fulgure etem terror timoris est: in niue autē blādimentum cādoris. Quia uero om̄ps deus & terribilis est p̄tōrib⁹ & blādus iustis: recte testis resurrectionis eius angel⁹ & in fulgure uultus & in candore habitus demonstratur: ut ipse sua specie & terreret reprobos & mulceret pios. Vnde recte quoq̄ per populū deserta gradientem & columna ignis in nocte & columna nubis in die p̄ibat. In igne etem terror est: in nube autē uisōis lene blādimentum. Dies uero uita iusti & nox accipitur uita p̄tōris. Vnde & conuersus p̄tōrib⁹ paulus dicit. Fuisti aliquē tenebre: nunc autem lux in dño. In die ergo per nubē columna demonstrata est: & in nocte per ignē q̄a om̄ps deus & blādus iustis: & terribilis: apparebit in iustis. Istos in iudicio ueniēs per lenitatis mansuetudinem demulcet: illos uero per iustitiae districtiōem terret. Sed iam quid angelus subiungit audiamus. (I esum q̄ritis nazarenū) iesus latino eloquio salutaris (i. saluator) interpretatur. At uero multi hoc nomine tunc iesu dici poterāt: non tū substantialiter sed nuncu-

Mulieres q̄ uiderūt q̄ cū aromatibus uenerūt.

Canti. ij. b

Resurrectio redēptoris fuit festiuitas xp̄ia nox āgelorū

Matth. xv. 11. a

Ero. xij. d. Columna ignis & nubis pplm̄ israeliticū p̄rebat. ad ept. v. b

Iesus saluator interpretatur.

patiae. Ideo & locus subiungit̄. ut de quo iesu dictū sit manifestet. Nazarenū. Et causam p̄tin⁹ subdidit. Crucifixum. Atq̄ addidit. (Surrexit nō est hic.) Nō est hic d̄ per p̄sentia carnis: q̄ tū nūsq̄ deerat per p̄sentia maiestatis. (Sed ite discite discipulis ei⁹ & petro q̄a p̄cedet uos in galileā) Querendū nobis est cur nominatis discipulis: petro designat̄ ex nomine. Sed si hūc angel⁹ nominatim nō exprimeret q̄ magistrū negauerat uenire inter discipulos nō auderet. Vocatur ergo ex nomine: ne desperaret ex negatiōe. Qua in re cōsiderandū nobis est cur om̄ps deus eum quē cūctē ecclesiā p̄ferendū disposuerat ancille uocem pertimescere & seipm̄ negare permittit. Quod nimis magne actum esse pietatis dispensatione cognoscim⁹: ut is qui futur⁹ erat pastor ecclesie: in sua culpa disceret q̄liter aliis misereri debuisset. Prius itaq̄ eum oñdit sibi & tunc p̄posuit ceteris: ut ex sua infirmitate cognosceret q̄ misericorditer aliena infirma tolleraret. Bene autē de redemptore n̄o d̄ (Precedet uos in galileā: ubi eū uidebitis sicut dixit uobis.) Galilea nāq̄ transmigratio facta interpretatur. Iam quippe redemptor n̄ a passione ad resurrectionē: a morte ad uitā: a pena ad gl̄iam: corruptione: ad incorruptionē trāsmigrauerat. Et pri⁹ post resurrectiōem in galilea bñ ad discipulis uidetur: q̄a resurrectionis ei⁹ gl̄iam post leri uidebim⁹: si modo a uicis ad uirtutū celsitudinem trāsmigrem⁹. Qui ergo in sepulchro nūciat̄: in trāsmigratiōe oñditur: q̄a his qui in mortificatione carnis agnoscit̄: in transmigratiōe mentis uidetur. Hac etem f̄res charissimi pro tāta diei solēnitāte de l̄tōnis euangelice expositione trāscurrimus: sed libet ut de hac eadem solēnitāte aliqd̄ subuli⁹ loquamur. Due etem uite erāt. Quarū unā nouimus: alterā nesciebamus. Vna quippe mortalis est: altera im̄mortalis. Vna corruptionis: altera incorruptionis. Vna mortis: altera resurrectionis. Sed uenit mediator dei & hominū homo xp̄s iesus: suscepitq̄ unam & oñdit alteram. Vnā pertulit moriendo: & oñdit alterā resurgendo. Si ergo nobis mortalem uitā scientibus resurrectionē promitteret carnis: & n̄ hanc uisibilr̄ non exhiberet: q̄s eius p̄missionibus crederet? Factus itaq̄ homo apparuit in carne: mori dignatus est ex uoluntate: sed resurrexit ex potestate: & ostendit exemplo quod nobis promisit in p̄mio. Sed fortasse aliquis dicat. Iure ille surrexit qui cum deus esset: teneri a morte non potuit. Ad instruendam ergo ignorantia nōstram: ad roborandam infirmitatem n̄iam sue tantum resurrectiōis exemplum nobis sufficere noluit: solus in tempore illo mortuus est: & tamen solus minime resurrexit. Nam scriptum est. Multa corpora sc̄tōꝝ qui dormierant: resurrexerunt. Ab lata ergo sunt omnia argumēta perfidie. Ne quis em̄ dicat sperare de se nō debet homo: quod in carne sua exhibuit deus homo. Ecce cū deo homines resurrexisse cognoscim⁹ & quos p̄ueros homines fuisse nō dubitam⁹. Si ergo membra n̄i redem-

Deus ubiq̄e per p̄sentiam maiestatis.

Petrus q̄re permittit eū cum negare

Galilea transmigratio interpretatur.

1. Thimo. ij. a

1. 1. Cor. xv. b

ptoris sumus: presumamus in nobis quod gestu patat in capite. Si multum nos abiciamus: sperare in nobis debemus nos membra ultima quod de membris superioribus audiuimus. Ecce uero ad memoriam reddit quod crucifixus dei filio in dei insultates dicebat. Si rex israel est: descendat nunc de cruce & credimus ei. Quis si de cruce tunc descenderet: nimis insultatibus cedens uirtutem nobis patientiam non demonstraret. Sed expectauit paululum: tollerant opprobria: irrisiones sustinuit: seruauit patientiam distulit admirationem. Et qui de cruce descendere noluit: de sepulchro surrexit. Plus igitur fuit de sepulchro surgere: quam de cruce descendere. Plus fuit mortem resurgendo destruere: quam uitam descendendo seruare. Sed cum iudei hunc ad insultationem de cruce descendere minime cernerent: cum morientem uiderent: eum se uicisse crediderunt: nomen illius se quasi extinxisse gauisi sunt. Sed ecce clarificatum de morte nomen eius per mundum creuit: ex quo hunc infidelis turba extinxisse se credidit. Et quem gaudebat occisum: dolet mortuum: quia hunc ad suam gloriam cognoscit peruenisse per penam. Quod bene in libro iudicum samson illud facta significant. Quod cum gaza ciuitate philistinorum fuisset ingressus: philistei ingressum eius prius cognoscetes: ciuitatem repente obsidionibus circumdederunt: custodes deputauerunt: & samson fortissimum se iam comprehensisse gauisi sunt. Sed quid samson fecit: agnouimus. Media nocte portas ciuitatis abstulit: & motus uertice ascendit. Quod frater charissimus hoc in facto: quem nisi redemptorem nisi samson ille significat. Quid gaza ciuitas nisi infernum designat. Quid per philisteos nisi iudeorum perfidia demonstrat: quod cum mortuum dominum uiderent: eiusque corpus in sepulchro iam positum: custodes illico deputauerunt: & eum qui autor uitae claruerat: inferni claustris retentum quasi samsonem in gaza se comprehensisse letati sunt. Samson uero media nocte non solum exiit: sed et portas tulit: quia uidelicet redemptor noster ante lucem resurgens non solum liber de inferno exiit: sed & ipsa etiam inferni claustra destruxit. portas tulit & motus uertice subiit: quia resurgendo claustra inferni abstulit: & ascendendo caelorum regna penetravit. Hanc ergo resurrectionis eius gloriam frater charissime: quod & prius demonstrabat ex signo: & post patuit ex facto: tota mente diligamus: pro eius amore moriamur. Ecce enim in resurrectione auctoris nostri ministros eius angelos conciuues nostros agnouimus. Ad horum ergo ciuium illam frequentem solenitatem festinemus. His cum nec dum uisione possumus desiderio & mente iungamur. Tristemus ad uirtutes de uitis: ut in galilea redemptorem nostrum uidere mereamur. Adiuuet omnipotens deus ad uitam desiderium nostrum: qui pro nobis in mortem dedit unicum filium suum dominum nostrum iesum christum: qui cum eo uiuit & regnat in unitate spiritus sancti deus: per omnia saecula saeculorum. Amen.

Segmentum ex euangelio iohannis. xx. capite. E. quod canitur in dominica in albis. Historia huius euangelii per prima parte facta est die ipso resurrectionis: per secundam in octauo die.

Sat. xxvii. c.

Surgere de sepulchro plus fuit quam de cruce descendere.

Judi. xvi. a.

Sason christi resurrectionem figurauit. Gaza ciuitas infernum designat.

In illo tempore. Cum sero esset die illa sabbatorum & fores essent clausae ubi erant discipuli congregati propter metum iudeorum: uenit iesus & stetit in medio: & dixit eis. Pax uobis. Et cum haec dixisset ostendit eis manus & latus. Gauisi sunt ergo discipuli uiso domino. Dixit ergo eis iterum. Pax uobis. Sicut misit me pater: & ego mitto uos. Haec cum dixisset insufflauit & dixit eis. Accipite spiritum sanctum. Quorum remiseritis peccata remittuntur eis: & quorum retinueritis retenta sunt. Thomas autem unus de duodecim qui dicitur didimus non erat cum eis quando uenit iesus. Dixerunt ergo & alii discipuli: uidimus dominum. Ille autem dixit eis. Nisi uidero in manibus eius fixuram clauorum: & mittam digitum meum in locum clauorum & mittam manum meam in latus eius: non credam. Et post dies octo iterum erant discipuli eius intus: & thomas cum eis. Venit iesus ianuis clausis: & stetit in medio: & dixit eis. Pax uobis. Deinde dicit thome. Infer digitum tuum huc: & uide manus meas: & affer manum tuam & mitte in latus meum: & noli esse incredulus sed fidelis. Respondit thomas & dixit ei. Domine meus & deus meus. Dixit ei iesus. Quia uidisti me thomas: credidisti. Beati qui non uiderunt: & crediderunt. Multa quidem & alia signa fecit iesus in conspectu discipulorum suorum: quae non sunt scripta in libro hoc. Haec autem scripta sunt ut credatis: quia iesus est filius dei. Et ut credentes uitam habeatis in nomine eius.

Homilia beati Gregorii pape de eadem lectione. Habita ad populum in basilica sancti iohannis quae dicitur constantiniana in octa pasche.

Prima lectionis huius euangelice questio animam pulsat. quomodo post resurrectionem corpus dominicum uerum fuit quod clausis ianuis ad discipulos ingredi potuit. Sed sciendum nobis est quod diuina operatio si ratione comprehenditur non est admirabilis. Nec fides habet meritum cui humana ratio prebet experimentum. Sed haec ipsa nostri redemptoris opera quae ex semetipsis comprehendere non possunt: ex alia eius operatione pensanda sunt: ut rebus mirabilibus fidem prebeant facta mirabiliora. Illud enim corpus domini intrauit ad discipulos ianuis clausis: quod uidelicet ad humanos oculos per naturam suam clauso exitu uirginis. Quid ergo mirum si clausis ianuis post resurrectionem suam in eternum iam uicturus intrauit qui moriturus ueniens non aperto utero uirginis exiuit. Sed quia ad illud corpus quod uideri poterat fides intuentium dubitabat: ostendit eis protinus manus & latus: palpandam carnem prebuit: quam clausis ianuis intrauimus. Quia in re duo mira & iuxta humanam rationem sibi ualde contraria ostendit: dum post resurrectionem corpus suum & in corruptibile: & tamen palpabile demonstrauit. Nam & corrumpi necesse est:

Fides non habet meritum cui humana ratio prebet experimentum. Corpore domini quod intrauit intrare ad discipulos ianuis clausis.

quod palpatur: & palpari non potest quod non corrumpitur. Sed miro modo atque inextimabili redemptor noster: & incorruptibile post resurrectionem & palpabile corpus exhibuit: ut monstrando incorruptibile inuiteret ad primum: & prebendo palpabile formaret ad fidem. Et incorruptibile se ergo & palpabile demonstrauit: ut perfecto esse post resurrectionem ostenderet corpus suum & eiusdem nature: & alterius glorie. dicit eis. (Pax uobis. Sicut misit me pater: & ego mitto uos.) id est sicut misit me pater de deum: & ego mitto uos homo homines. pater filium misit: quod hunc per redemptionem generis humani incarnari constituit. Quem uidelicet in mundum uenire ad passionem uoluit: sed tamen amauit eum quem ad passionem misit. Electos uero ad apostolos dominus non ad mundi gaudia: sed sicut ipse missus est ad passionem in mundum mittit. Quia ergo & filius amatur a patre & tamen ad passionem mittitur: ita & discipuli a domino amantur: qui tamen ad passionem mittuntur in mundum. Itaque recte dicit. Sicut misit me pater. & ego mitto uos. id est ea uos charitate diligo: cum inter scadala persecutorum mitto: quod me charitate per diligit: quem uenire ad tollerandas passiones fecit. Quamuis mitti etiam iuxta naturam diuinitatis possit intelligi. Eo enim modo ipse a patre filius mitti dicitur quo a patre generatur. Nam spiritus sanctus qui cum sit coequalis patri & filio non tamen incarnatus est: idem se filius mittere perhibet: dicens. Cum uenerit paraclytus quem ego mittam uobis a patre. Si enim mitti solummodo incarnari deberet intelligi: sanctus proculdubio spiritus nullo modo dicitur mitti: qui nequaquam incarnatus est. Sed eius missio ipsa processio est: quod de patre procedit & filio. sicut itaque spiritus mitti dicitur quia procedit: ita & filius non incongrue mitti dicitur: quia generatur. Hanc cum dixisset in sufflauit & dixit eis. (Accipite spiritum sanctum.) Quod erendum nobis est: quid est quod spiritum sanctum dominus noster & semel dedit in terra consistens: & semel in coelo praesidens. Neque enim alio in loco datus esse spiritus sanctus aperte monstratur: nisi nunc cum per insufflationem percipitur: & postmodum cum de coelo ueniens in linguis uariis demonstratur. Cur ergo prius in terra discipulis datur: postmodum de coelo mittitur: nisi quod duo sunt praecepta charitatis: dilectio uidelicet dei & dilectio proximi? In terra datur spiritus ut diligatur proximus. datur de coelo spiritus: ut diligatur deus. sicut enim una est charitas & duo praecepta: ita unus spiritus & duo data. prius a domino consistente in terra: postmodum de coelo: quia in proximi amore discitur qualiter perueniri debeat ad amorem dei. Unde & idem iohannes dicit. Qui non diligit fratrem suum quem uidet: deum quem non uidit quomodo potest diligere? Et ante quidem discipulorum mentibus idem spiritus inerat ad fidem: sed tamen manifesta datione non nisi post resurrectionem datus est. Unde & scriptum est. Non datur spiritus datus: quia iesus nondum fuerat glorificatus. Unde etiam per moysen dicitur. Suxerunt mel de petra: oleumque de firma pe-

tra. Neque enim tale quicquam iuxta historiam legit: si tota testamenti ueteris series recenseatur. Nusquam de petra mel: nusquam oleum ille populus suxit. Sed quae iuxta pauli uocem: petra erat christus: Mel de petra suxerunt: quod eiusdem redemptoris nostri facta & miracula uiderunt. Oleum uero de firma petra suxerunt quae effusione sancti spiritus post resurrectionem & ungi meruerunt. Quasi ergo infirma petra mel dedit: quoniam adhuc mortalis dominus miraculorum suorum dulcedinem discipulis ostendit. Sed firma petra oleum sudidit quae post resurrectionem suam factus iam impassibilis: per afflationem spiritus donum sanctae unctiois emanauit. De hoc oleo per prophetam dicit. *Esai. x. f.* Coputrescet iugum a facie olei. Sub iugo quod tenebatur a dominatione dominatiois: sed uncti sumus oleo spiritus sancti. Et quae nos gratia libertatis unxit: demoniace dominationis iugum putruit. paulo attestate quod ait. *ij. Corint. ii. v.* Vbi spiritus domini ibi libertas. Sciendum uero est quod hi qui prius spiritum sanctum habuerunt: ut ipsi innocenter uiuerent & in predicatione quibusdam predesent. In circo hunc post resurrectionem domini patenter acceperunt ut prodesse non paucis sed pluribus possent. Unde & in hac ipsa datione spiritus dicitur. (Quorum remiseritis peccata remittuntur eis. Et quorum retinueritis retenta sunt.) Libet intueri illi discipuli ad tanta onera humilitatis uocati: ad quantum culmen glorie sint perducti. Ecce non solum de semetipsis secuti sunt: sed etiam aliene obligationis praeterea relaxationis accipiunt. Principatumque superni iudicii sortiuntur: ut uice dei quibusdam peccata retineant quibusdam relaxent. Sic eos a deo decebat erigi: quod tantum pro deo consentire humiliari. Ecce qui districtum dei iudicium metuunt: animarum iudices fiunt. Et alios damnant uel liberant qui semetipsos dariare metuebant. Horum profecto nunc in ecclesia episcopi locum tenent. Soluendi ac ligandi potestatem suscipiunt: qui gradum tegiminis sortiuntur. Grandis honor sed graue pondus istius est honoris. Durum quippe est ut qui nescit teneri moderamine uitae suae: iudex uitae fiat alienae. Et plerumque contingit hic iudicii locum teneat: cui ad locum uitae minime concordat. Ac pinde saepe agit ut uel damnet immeritos: uel alios ipsae ligatus soluat saepe in soluendis ac ligandis subditis suae uoluntatis motus: non autem causarum merita sequitur. Unde fit ut ipsa ligandi & soluendi potestate se priuet: qui hanc pro suis uoluptatibus & non pro subditorum moribus exercet. Saepe fit ut erga quemlibet proximum odio uel gratia moueatur pastor. In iudicare autem digne de subditis nequeunt qui in soluendis ac ligandis subditis sua uel odio uel gratia sequuntur: Unde recte per prophetam dicitur. Mortificabant animas quae non moriuntur: & uiuificabant animas quae non uiuunt. Non morietem quippe mortificat qui iustum damnat. Et non uicturum uiuificare nititur: qui reum absoluit supplicio conatur. Causae ergo pensandae singulorum sunt: & tunc ligandi atque soluendi potestas exercenda. *Esai. xlii. d.*

Joan. xv. d.

spiritum sanctum qui rededit dicitur in terra coelestis & semel in coelo praesidens

Joannis. iij. d.

Joan. vij. f. Deu. xxv. b

Esai. x. f.

ij. Corint. ii. v.

Discipulorum christi mirabilis dignitas.

Episcopi gradus est honor sed graue est pondus huius honoris.

Esai. xlii. d.

est q̄ culpa; & q̄ sit p̄nitētia secuta post culpam. ut quos om̄s de^o per compūctiōis gr̄am n̄st̄at: illos pastoris sentētia absoluat. Tunc enim uera est absolutio p̄sidentis: cum æterni arbitrium sequitur iudicis. Quod bene quatruiduani lazari resuscitatio illa significat q̄ uidelicet de monstrat: qd̄ prius dñm mortuum uocauit: & uiuificauit dicēs. Lazare ueni foras: & postmodum is qui uēs egressus fuerat a discipulis est solutus. Sicut scriptum est. Cumq̄ egressus esset q̄ fuerat ligat^{us} in istis: tūc dixit discipulis suis. Soluite eum & sinite abire. Ecce discipuli illum iam uiuētē soluit: quem magister iam resuscitauerat mortuum. Si enim discipuli lazari mortuum soluerēt: fetorem magis oñderēt quam uirtutem. Ex q̄ p̄sideratiōe intueđū est: qd̄ illos nos debem^{us} per pastorale auctoritatem soluere: quos auctorem n̄m cognoscim^{us} per suscitandam gr̄am uiuificare. Quæ nimirum uiuificatio ante operationem reformationis: in ip̄a iam cognoscit p̄fessiōe peccati. Vnde & huic ip̄i mortuo lazaro nequa q̄ dñi reuiuiscere: sed ueni foras. Omnis q̄ppe peccator dum culpam suam intra cōscientiam abscondit introrsus latet: quia in suis penatibus occultatur. Sed mortuus uenit foras cū peccator negatias suas sponte confiteretur. Lazaro ergo dñi ueni foras. Ac si aperte cui^{libet} mortuo in culpa diceretur. Cur reatam tuam intra cōscientiam abscondis? Foras iam per confessionem egredere qui apud te interius per negationem later. Veniat itaq̄ mortuus foras. id est culpam suam p̄fiteatur peccator. Venientem uero foras soluant discipuli ut pastores ecclesiæ & p̄nam debeant amouere quam muruit: qui non erubuit confiteri quod fecit. Hæc de solutiōis ordine breuiter dixerim: ut sub magna moderamine pastores ecclesiæ uel soluere studeant uel ligare. Sed utrum iuste an iniuste obliget pastor: pastoris tamen sentētia a grege timenda est: ne is qui subest: & cum iniuste forsitan ligatur: ip̄am obligationis suæ sententiam ex alia culpa mereatur. Pastor ergo uel absolute soluere indiscrete timeat uel ligare. is autem qui sub manu pastoris est ligari timeat iuste uel iniuste nec pastoris sicut dicitur temere reprehendat. ne & si iniuste legatus est: ex ipsa tumide reprehensionis superbia culpa quæ non erat: fiat. Sed quia hæc breuiter per excessum diximus: ad expositionis ordinem redeamus. (Thomas autem unus ex duodecim qui dicitur didimus: non erat cum eis quando uenit iesus.) Iste un^{us} discipulus defuit: reuersus quod gestum est audiuit. audita credere tenuit. Venit iterum dominus: & non credenti discipulo latus palpandum p̄buit: manus ostendit: & offensa suorum cicatrice uulnerum infidelitatis illius uuln^{us} sanauit. Quid fratres charissimi quid inter hæc animaduertitis? Nunquid casu gestum creditis: ut electus ille discipulus tunc deesset: Post autem ueniens audiret: Audiens dubitaret: Dubitans palparet: Palpans crederet. Non hoc casu sed diuina dispensatione:

absolutio q̄n
s̄t p̄ra.

Joan. xij.

doctōri vlt
saro dicēdū
ē veni foras.

Sentētia pasto
ris iusta siue
iniusta timē
da est.

gestū est. Egit nāq̄ miro modo superna clementia: ut discipul^{us} ille dubitans: dum in magistro suo uulnera palparet carnis: in nobis uulnera sanaret infidelitatis. Plus enim nobis thome infidelitas ad fidem: quā fides credentium discipulorum profuit. Quia dum ille ad fidem palpando reducitur: nostra mens (omni dubitatione postposita) in fide solidatur. Sic quippe discipulū domin^{us} post resurrectionem suam dubitare p̄milit: nec tamen in dubitatione deseruit sicut ante natiuitatem suā habere mariam sponsum uoluit: qui tamen ad eius nuptias nō peruenit. Nam ita factus est discipulus dubitans & palpans testis uere resurrectionis: sicut sponsus marie fuerat custos ite gerissime uirginitatis. Palpauit aut^{em} & exclamauit. (Dom̄n^{us} me^{us} & de^{us} me^{us}. Dicit ei iesus. Quia uidisti me thoma credidisti.) Cū paulus apostolus dicat. Est aut^{em} fides speranda rerum substantia rerum argumentum non apparentium: profecto liquet: quia fides illarum rerum argumentum est: que apparere non possunt. Que etenim apparent iam fidem non habent: sed agnitionē. Dū ergo uidit thomas: dum palpauit: cur ei dicitur quia uidisti me credidisti? Sed aliud uidit. & aliud credidit. A mortali quippe hoīe diuinitas uideri nō potuit. Hominem ergo uidit: & deum confess^{us} est: dicens. (Dom̄n^{us} meus & deus meus.) Videndo ergo credidit quia considerando uerum hominem huc deum quem uidere non poterat: exclamauit. Iustificat ualde quod sequitur. (Beati qui non uiderunt & crediderunt) In qua nimirū sententia nos specialiter signati sum^{us}: qui eū quem carne non uidim^{us}: mente retinem^{us}. Nos signati sum^{us}: sed si fidem nostram operib^{us} sequimur. Ille etenim uere credit: qui exercet operando quod credit. Quo contra de his qui fidem nomine ten^{ent} retinent: paul^{us} dicit contententur se nosse deum factis autem negant: hinc iacob^{us} ait. Fides Jaco. ij. d. sine operib^{us} mortua est.

Thome in
dultas uulne
ra infideli
tatis sanauit.

Mariae sponsus
ad eius nupti
as nō peruenit.

Ad hebre. xj
Fides quid

Ad tim. j. d.

Segmētū ex euangelio Ioannis. x. cap. B. qd̄ canit dominica secūda post resurrectionem. Historia facta est āno christi. xxxiii. vi. kalendas octobris in sabbato.

In illo t̄p̄e. Dixit dñs iesus discipulis suis. Ego sum pastor bonus. Bonus pastor aīam suam ponit p̄ ouib^{us} suis. Mercenari^{us} aut^{em} & q̄ nō est pastor cui^{us} non sunt oues p̄prie: uidit lupū uenientem & dimittit oues & fugit: & lup^{us} rapit & dispergit oues. Mercenari^{us} autem fugit: quia mercenari^{us} est & non pertinet ad eū de ouib^{us}. Ego sū pastor bon^{us}: & cognosco oues meas & cognoscunt me mee. Sicut nouit me pater: & ego agnosco patre^m & animam meam pono pro ouib^{us} meis. Et alias oues habeo q̄ non sunt ex hoc ouili: & illas oportet me adducere: & uocem meam audient: & fiet unū ouile: & unus pastor.

Ad ptinet ad
eū de ouibus.
Galla. uicēdū
erat nō ē ei cu
re de ouibus.
It̄ fiet unum
ouile: & unus
p̄stor.

Homilia beati gregorii pape de eadē lectiōe. Habita ad populū in basilica sancti petri apostoli dñi. ca. i. post. octa. pas.

Avdistis fratres charissimi ex lectione euangelica eruditionem uestram. Audistis periculum nostrum. Ecce em is qui non exaccidit dono: sed essentialiter bonus est dicit. (Ego sum pastor bonus.) Atque eiusdem bonitatis formam quam nos imitemur adiungit dicens. (Bonus pastor animam suam ponit pro ouibus suis.) Fecit quod monuit: ostendit quod iussit. Bonus pastor pro ouibus suis animam suam posuit: ut in sacramento nostrum corpus suum & sanguinem uerteret: & ouesque redemerat carnis sue alimento faceret. Ostensa nobis est de contemptu mortis uia quam sequimur apposita est forma cui imprimamur. Primum nobis est exteriora nostra misericorditer ouibus eius impedere. postremum uero (sit necesse sit) et mortem nostram per eisdem ouibus ministrare. A primo autem hoc minimo puenitur ad postremum maius. Sed cum incomparabiliter longe melior sit anima quam uimus: terrena substantia quam exterius possidemus: quam non dat pro ouibus suis substantiam suam quod pro his daturus est animam suam? Et sunt nonnulli qui dominum plus terrenam substantiam quam oues diligunt merito nomen pastoris perdunt. De quibus primum subdit. (Mercenarius autem & qui non est pastor cuius non sunt oues proprie: uidet lupo uenientem & dimittit oues & fugit.) Non pastor sed mercenarius uocat qui non pro amore uicino oues dominicas: sed ad temporales mercedes pascit. Mercenarius quippe est. qui locum quod pastoris tenet: sed lucra animam non querit: terrenis commodis inhiet: honore platiouis gaudet: temporalibus lucris pascit: impensa sibi ab hominibus reuerentia letatur. Iste sunt etenim mercedes mercenarii: ut pro eo ipso quod in regimine laborat: hic quod querit inueniat: & ab hereditate gregis in posterum alienum existat. Vtrum uero pastor sit an mercenarius cognosci ueraciter non potest: si occasio necessitatis deest. Tranquillitatis enim tempore plerumque ad gregis custodiam sicut uerus pastor. sic etiam mercenarius stat. Sed lupo ueniens indicat. quo quisque animo super gregis custodiam stabat. Lupo etenim super oues ueniente cum quilibet iniustus & raptor fideles quosque atque humiles opprimit. Sed is qui pastor esse uidebatur & non erat: relinquit oues & fugit. Quia dum sibi ab eo periculum ingere metuit: resistere eius iniustitie non presumit. Fugit autem non mutando locum sed subtrahendo solatiu. Fugit quia iniustitiam uidit & tacuit. Fugit quia se sub silentio abscondit. Quibus bene per prophetam dicitur. Non ascendistis ex aduerso: neque opposuistis murum pro domo israel ut staretis in prelio in die domini. Ex aduerso qui prope ascendere est: quibuslibet potestatibus praeua a gentibus: rationis libera uoce contraire. Et in die domini pro domo israel in prelio magno stamus ac murum opponimus: si fideles innocentes contra peruersorum iniustitiam ex iusticie auctoritate uindicamus. Quod quia mercenarius non facit: cum uenientem lupo uiderit: fugit. Sed est alius lupo qui sine cessatione quotidie non corpora: sed mentes dilaniat. Malignus uidelicet spiritus qui causas fidei uim insidians citat: & mortes animarum

pastor bonus duo pro ouibus impedere debet.

Opus pascens pro temporalibus mercede de non est pastor.

Lupus quando dicitur super oues venire.

Ezecch. xliij. a

Diabolus est alius lupo mentes dilanians.

querit: de quo lupo mox subditur. (Et lupo rapit & dispergit oues.) Lupo uenit & mercenarius fugit: quia malignus spiritus mentes fidelium in tentatione dilaniat: & is qui locum pastoris tenet curam sollicitudinis non habet. Anime pereunt: & ipse de terrenis commodis letatur. Lupo rapit & dispergit oues. Cum alium ad luxuriam pertrahit alium in avaritiam ascendit: alium in superbiam erigit. alium per iracundiam diuidit. Hunc inuidia stimulat. illum fallacia supplantat. Quasi ergo gregem lupo dissipat cum fidelium populum diabolus per tentationes necat. Sed contra haec mercenarius nullo zelo acceditur: nullo seruire dilectionis excitatur. Quid dum sola exteriora commoda requirit: interiora gregis dana negligenter patitur. Unde & mox adiungitur. Mercenarius autem fugit: quia mercenarius est: & non pertinet ad eum de ouibus. Sola ergo causa ut mercenarius fugiat. quia mercenarius est. Ac si aperte diceretur. Stare in periculo ouium non potest: qui in eo quod ouibus preest non oues diligit sed lucrum terrenum querit. Dum enim honorem amplectitur: dum temporalibus commodis letatur. opponere se contra periculum trepidat: ne hoc quod diligit amittat. Sed quia redemptor noster culpas facti pastoris innotuit: iterum formam cui debeamus imprimi ostendit dicens. (Ego sum pastor bonus.) Atque subiungit. (Et cognosco oues meas hoc est diligo & cognosco me mee.) Ac si patenter dicat. Diligentes obsequi. Qui enim ueritatem non diligit adhuc minime cognouit quia ergo audistis fratres charissimi periculum nostrum: pensate in uerbo dominicis etiam periculum uestrum. Videte si oues eius estis uidete si eum cognoscitis: uidete si lumen ueritatis scitis. Scitis autem dico non perfide sed per amorem. Scitis dico non ex crudelitate: sed ex operatione. Nam idem ipse qui haec loquitur Ioannes euangelista testatur dicens. Qui dicit se nosse deum & mandata eius non custodit mendax est. Unde & hoc in loco dominus protinus subdidit. (Sicut nouit me pater & ego agnosco patrem: & animam meam pono pro ouibus meis.) Ac si aperte dicat. In hoc constat quia & ego agnosco patrem & cognoscor a patre: quia animam meam pono pro ouibus meis id est ea charitate qua pro ouibus morior: quantum patrem diligam ostendo. Quia uero non solum iudeam sed etiam gentilitatem redimere uenerat. Ad iungit. (Et alias oues habeo que non sunt ex hoc ouili. Et illas oportet me adducere & uocem meam audiet. et fiet unum ouile & unus pastor.) Redemptionem nostram quae ex gentili populo uenimus dominus aspexerat: cum se adducere & alias oues dicebat. Hoc quotidie fieri fratres charissimi aspicitis: hoc reconciliatis gentibus factum hodie uidetis. Hodie quasi ex duobus gregibus efficit unum ouile quia iudaicum & gentilem populum in sua fide coniungit. Paulo attestante qui ait. In parte est pax nostra quae fecit utraq; unum. Dum enim ad eternam uitam ex utraque natione simplices elegit. ad ouile proprium oues deducit. De

etiam multa

Mercenarius stare in periculo ouium non potest.

Jo. ij. a.

Iudea et gentilitatem uenerat & nos redimere.

ad ephe. ij. c.

quibus profecto ouibus rursus dicit. (Oues mee uocem meam audient & ego agnosco eas & sequuntur me: & ego uitam eternam do eis.) De qb? & paulo superius dicit. (Per me si quis introierit saluabitur. Et egredietur & egredietur: & pascua inueniet.) Ingredietur quippe ad fidem Egredietur a fide ad spe: a credulitate ad contemplantionem. Pascua autem inueniet i illa eterna refectio. Oues ergo eius pascua inuenient: quia quis quis illum corde simplici sequitur: eterne uiridatis paulo nutritur. Que autem sunt ista? autum pascua nisi interna gaudia sempiternae uirtutis paradisi? Pascua namque electorum sunt uultus presens dei. Qui dum sine defectu conspicitur sine fine mens uite cibo satiatur. In istis pascuis de eternitatis facie letati sunt: quia iam laqueos uoluptuose temporalitatis euaserunt. Ibi hymnidici angelorum chori. Ibi societas supernorum ciuium. Ibi dulcis solennitas a peregrinationis huius tristi labore redemptium. Ibi prouidi prophetarum chori. Ibi iudex duodecim apostolorum numerus. Ibi innumerabilium martyrum uictor exercitus: tanto illic letior: quanto hic durius afflicti. Ibi confessorum constantia praemii sui perceptione consolata. Ibi fideles uiri quos a uirilitatis sue robore uoluptas seculi emollire non potuit. Ibi sancte mulieres quae cum seculo & sexu uicerunt. Ibi pueri qui hic annos suos in orbibus transcederunt. Ibi senes quos hic aetas debiles reddidit: & uirtus operis non reliquit. Queramus ergo fratres charissimi haec pascua in quibus cum tantorum ciuium solennitate gaudeamus. Ipsa nos letantium festiuitas inuadet. Certe sic ubi populus nundinas celebraret si ad alicuius ecclesie dedicationem denunciata solennitate uel festiuitate concurreret: festinaremus omnes simul inueniri in interesse tante solennitati unusquisque satageret: graui se damno afflictum crederet: si solennitatem communis letitiae non uideret. Ecce in celestibus electorum ciuium letitia agitur: uicissim de se omnes in suo conuictu gratulantur: & tamen nos ab amore eternitatis tepidi nullo desiderio ardemus: inter esse tante solennitati non querimus. Priuamur gaudiis & leti sumus. Accendam? ergo animam fratres: recalescat fides in id quod credidit: in ardescant ad superna nostra desideria: & sic amare iam ire est. Ab interne solennitatis gaudio nulla uos aduersitas reuocet: quia & si quis ad locum propositum ire desiderat: eius desiderium quolibet uie asperitas non imutat. Nulla uos prosperitas blandiens se ducat: quia stultus uiator est qui in itinere amenaprata conspiciens obliuiscitur ire quo tenebat. Toto ergo desiderio ad supernam patriam animus anhelet: nihil in hoc mundo appetat quod constat quia ciuium relinquatur. Vt si celestis pastoris ueraciter oves sumus: quia in uie delectatione non figimur: eternis pascuis in perceptione faciemur. Prestante domino nostro iesu christo qui uiuit & regnat in secula seculorum. Amen.

quod pascua ouium christi que sunt.

populus ad nundinas & solennitates libenter pergit.

statoris stultici condicio

¶ Segmentum ex euangelio iohannis .xvi. cap. l. i. c. quod cantus dominica .iiii. post resurrectionem. Historia facta est anno christi: xxxiii. nono K. i. s. apri. feria. y. In illo tempore. Dixit dominus iesus discipulis suis. Modicum & iam non uidebitis me: & iterum modicum & uidebitis me: quia uado ad patrem. Dixerunt ergo ex discipulis eius ad inuicem. Quid est hoc quod dicit nobis: modicum & non uidebitis me: & iterum modicum & uidebitis me: quia uado ad patrem? Dicebant ergo. Quid est hoc: quod dicit modicum? Nescimus quod loquitur. Cognouit autem iesus quia uolebat eum interrogare & dixit eis. De hoc queritis inter uos: quia dixi modicum & non uidebitis me: & iterum modicum & uidebitis me. Amen amen dico uobis quia plorabitis & flebitis uos: mundus autem gaudebit. Vos autem quoniam stabimini: sed tristitia uestra uertet in gaudium. Mulier cum parit tristitiam habet: quia uenit hora eius. Cum autem peperit puerum: iam non meminit tristitiae propter gaudium quia natus est homo in mundum. Et uos igitur nunc quoniam uidetis tristitiam habetis. Iterum autem uidebo uos: & gaudebit cor uestrum: & gaudium uestrum nemo tollet a uobis.

Nota est postquam per uocem sua inquit laudat.

¶ Homilia uenerabilis bede presbiteri.

¶ **L**eta domini & saluatoris nostri promissa frater charissimi leto cordis audire percipere debemus: sedulaque intentione persistere: quoniam nunc ad haec pertingere mereamur. Quid est enim quod merito laetius audiatur: quam perueniri posse ad gaudium: quod nunquam possit auferri? Notandum autem quia tota letationis huius series illis conuenit: qui eam praesentes audierunt a domino. Pars autem illius etiam nobis: qui post passionem suam & resurrectionem dominicam ad fidem uenimus: apertissime congruit. Quod autem ait. (Modicum & non uidebitis me: & iterum modicum & uidebitis me: quia uado ad patrem.) Ad illos specialiter pertinet: quoniam eius discipulus sui predicatis in carne adhaesere: & post tristitiam passionis uisa resurrectione & ascensione eius laetificari meruerunt. Modicum etenim fuit ab illa hora illius noctis quae traditus est in hora passionis suae: quo eum discipuli carnaliter non uiderunt. Et iterum modicum fuit quod clausus in sepulchro: tertia die resurrexerit: & illorum aspectibus uideri non potuit. Hoc uero quod ait. Modicum & non uidebitis me. Significat post resurrectionem: quia cum discipulis conuersatus est: & illis multi modis ostensione apparuit: usque dum in coelum illis uidentibus ascendit. Vt in euangelio & actibus apostolorum legitur. Et hoc est quod ait. (Quia uado ad patrem.) Ac si patet dicat. quia post modicum destructo mortis imperio uobis inuendus appareo: quia tempus est ut expleta assumptione assumpte mortalitatis cum resurrectionis triumpho iam reuertar ad patrem. Haec uero uerba domini specialiter his qui eius resurrectionem uidere potuerunt conueniant: quoniam apostoli tunc temporis non potuerunt intelligere. Et haec illorum ignorantiam pius magister

gister intelligens subsequenter scdm illorum dubitationem rñdit qñ ex
 positurus qd esset: qd esset: qd dixit. (Modicum & non uidebitis me: &
 iterum modicum & uidebitis me. Amen amen dico uobis qa plorabi
 tis: & flebitis uos: mundus aut gaudebit: uos autem cōtristamini: sed tri
 stitia uñ a uertetur in gaudium. (Etipsoꝝ & tonius ecclesiæ statui pgruit
 Plorabāt quippe & flebāt amatores xp̄i cum illum compñendi ab ho
 stibus ligari: ad cōsiliū duci: damnari: crucifigi: mori & sepeliri uide
 runt. Gaudebāt mūdi amatores quos ob infimas cogitatiōes mūdum
 uocat dñs: cum morte turpissima qdemnarēt illum: qui grauiserat eis
 etiam ad uidēdum. Cōtristabātur discipuli posito in morte dño sed ag
 nita eius resurrectiōe tristitia illoꝝ uersa est in gaudium: Vifa ascensio
 nis potētia iā maiori gaudio subleuati laudabāt & bñdicebāt dñm. Vt
 lucas euāgelista testatur. Sed & cūctis fidelib⁹ hic dñi sermo cōuenit: q
 per lachrymas p̄surasq̄ p̄sentes ad gaudia aeterna peruenire contem
 dunt: ut qui semināt in lachrymis in gaudio merūt. Sicut scriptum est
 euntes: ibāt & flebāt. Quatinus in eterna beatitudine laboris sui mer
 cedem recipiāt. Mūdus autem. i. mūdi amatores gaudebūt: q̄ ad ateri
 na gaudia se pperare per lachrymas & afflictiōes despiciūt. Illis autē
 idēit iustis cōuenit. Cōtristabimini per labores & p̄suras. Sed tristitia
 uñ a uertetur in aeternæ bñtitudinis lætitiā. (Sequitur mulier cum pa
 rit tristitiam habet qa uenit hora eius.) Mulierem dicit sc̄tām ecclesiā
 ppter fecūditatem bonoꝝ opeꝝ: & quia spūales deo filios gignere nū
 quā desinit. Hoc mulier cum parit tristitiam habet qa uenit hora eius.
 (Cum autem peperit puez iam nō meminit p̄surre ppter gaudium qa
 natus est homo in mūdum.) Quia nimirum sc̄tā ecclesia q̄diu in mun
 do spūalium uirtutum p̄fectibus insistit: nunq̄ mūdi tentatiōib⁹ exerce
 ri desistit. At quum de uictō laboꝝ certamine ad palmam peruenit: iam
 nō meminit p̄surre p̄cedentis ppter gaudium perceptive retributionis.
 Non sunt em̄ cōdigne passiōes huius temporis ad superuenturam glo
 riam: q̄ reuelabitur in nobis. (Non meminit inquit p̄surre propter gau
 dium: qa natus est homo in mundum.) Sicut enim mulier nato in hoc
 mundo homine lætatur: ita ecclesia nato in uitam futuram fideliū po
 pulo digna exultatione repletur: pro qua eius natiuitate multum labo
 rans & gemens in p̄senti qñ parturiens dolet. Nec nouum debet cui q̄
 uideti: si natus dicatur: qui ex hac uita migrauerit. Quomodo em̄ con
 suete nasci dñ cum quis de utero matris p̄cedens hanc in lucem egredi
 tur: ita etiam rectissime potest natus appellari q̄ solut⁹ a uincul⁹ carnis
 ad lucē sublimat̄ aeternam. Vnde mos obtinuit ecclesiastic⁹: ut dies btō
 rum martyꝝ siue p̄fessorꝝ xp̄i: quibus de sæculo transierunt natale suo
 citemus: eorumq̄ solēnia non funebria: sed natalicia dicantur. Sequi
 tur: dominus exponens ipse paradigma: quod de muliere p̄senti. (Et

Luce. xliii. g.

psal. cxxv.

Mulier dicit sc̄tā ecclesiā.

ro na. viii. o

Quare nata
les otes appel
en qñ moriū
ur sancti

atas p̄senti

uos igitur nunc qdem tristitiā habetis. Iteꝝ aut uidebo uos: & gaudebit
 cor uñm: & gaudiū uñm nemo tollet a uobis. (Quod de ipsis qdem dis
 cipulis facile intelligitur qa tristitiā habuerūt passio ac sepulto dño sed
 facta resurrectiōis gloria gauisi sunt uiso dño: & gaudiū eoꝝ nemo tu
 lit ab eis. Quia & si postmodū persecutionis p xp̄i nomine ac tormenta
 passi sunt: spe tñ resurrectiōis & uisōis illi⁹ accēsi libēter q̄q̄ aduersa fe
 rebāt: immo oē gaudiū existimabāt cū in tētatiōes uarias inciderēt. De
 niq̄ coeli a principib⁹ sacerdotū: ut scriptū ē: ibāt gaudentes a p̄spectu p̄ci
 lii qm̄ digni habitū sunt p nomine iesu p̄tumeliā pati. Gaudiū eorū ne
 mo tulit ab eis qa talia patiēdo p xp̄o: meruerunt regnare sine fine cum
 xp̄o. Sed & om̄s ecclia per hui⁹ uite labores & āgustias ad aeterna coele
 stiu tēdit p̄mia gaudioꝝ: attestate ap̄lo: qa per mltas tribulatiōes opor
 tet nos introire in regnū dei. qd̄ aut ait. (Iterū uidebo uos & gaudebit
 cor uñm: uidebo uos dixit: eripiā uos ab aduersariis cor dabo uos uictō
 res me uos decertantes semper uidisse p̄babo. Q̄ n̄ em̄ nō uideret suos
 maxime p̄suras circūuētōs cū qb⁹ se ip̄e omnib⁹ dieb⁹ sc̄li manere p̄mi
 sit. sed morietib⁹ inter tormēta fidelib⁹ arbitrat̄ eos tortores diuino cas
 rere p̄sidio dicētes. Vbi ē de⁹ eoꝝ. Vnde qdā ex hic circūsept⁹ erumnis
 aiebat. Vide dñe afflictiōne meā: qm̄ erect⁹ ē inimic⁹. Qd̄ ē aperte dice
 re. Qm̄ inimic⁹ inseq̄ns ceruicē superbie p̄tra tuos humiles attollit: tuo
 nos auxilio p̄ditor n̄ om̄ps subleua. te uictis ac repulsis hostibus n̄os
 semper agones uidisse tibi hos placuisse comproba. Videt itaq̄ electos
 post tristitiā dñs: quū eoꝝ patiētiā dānato impugnatore remūerat. Po
 test & ita intelligi qd̄ ait. (Iteꝝ aut uidebo uos) qñ diceret Iteꝝ uobis ui
 dentibus appareo: quō dixit abrahæ. Nunc cognoui q̄ timeas dñm: p
 eo ut diceret. Nūc cognoscere homines feci qd̄ timeas dñm: q̄ hacten⁹
 nesciebāt qd̄ ap̄d me certū semper habui. Si ergo fr̄es charissimi salu
 bri nūc tristitia afficimur: si iuxta hortamenta apl̄i spe gaudētes in tri
 bulatiōe existimus patiētes. Si n̄ra errata. Si miserias pximōꝝ debita la
 mentatiōe dessemus: uidebit nos iteꝝ dñs. i. uidēdum se nobis oñdet in
 futuro: qui quondā nos uidere fidei suæ nobis agnitiōem largiēdo: di
 gnatus est. Videbit ut coronet: qui quondā uidit ut uocaret. (Videbit
 & gaudebit cor uñm: & gaudium uñm nemo tollet a uobis) qa hac est
 uera & unica merces eoꝝ: qui scdm̄ deum p̄tristantur: de perpetua eius
 uisione gaudere. Quam p̄fecto mercedē promisit ipse sublimiter cū
 ait. Beati mūdo corde: qm̄ ipsi deū uidebunt. Quā desiderabat ardēter
 propheta cū dicebat. Sitiuit anima mea ad deū uiuū: qñ ueniā & appare
 bo ante faciem dei? Quam se apl̄us cum suis similibus accepturum eē
 gratulatur: qui certaminū suoꝝ conscius cōfidenter protestatur dicēs.
 Videm⁹ nunc per speculum in enigmate: tunc aut facie ad facie. Quā
 nos quoq̄ & fideliter querere & ueraciter apprehendere donet ipse cer

Actuum. v. g.

Actuū. xliii. o.

Mat. xxv. d.
Luce. i. c.

Sc̄t. xxi. c.
Roma. xi. o

Mat. v. a.
psal. xli.

1. Corin. xiii. d.

tantum auxiliator & innocentiū remunerator Iesus xps dñs noster qui
nuit & regnat cum patre. &c.

¶ Segmentum ex euangelio iohannis. xvi. cap. B. qd' canitur
in dñica quarra post pascha.

In illo tpe. d. d. i. d. f. Vado ad eum qui misit me: & nemo ex uobis
interrogat me quo uadis. Sed ego ueritatem dico uobis: tristitia
implebit cor uim. Sed ego ueritatem dico uobis: expedit uobis ut
ego uadam. Si em̄ non abiero paraclytus nō ueniet ad uos. Si aut̄
abiero mittā eū ad uos. Et cū uenerit ille arguet mundū de pctō & de
iusticia & de iudicio. De pctō qdem q̄a nō crediderūt in me. De iusticia
uero quia ad p̄m uado: & iā nō uidebitis me. De iudicio aut̄ q̄a prin-
ceps hui⁹ mūdi iā iudicat⁹ est. Adhuc multa habeo uobis dicere: sed nō
potestis portare modo. Cum aut̄ uenerit ille spūs ueritatis: docebit uos
oēm ueritatē. Non em̄ loq̄tur a semetipso sed q̄cūq; audiet loq̄tur: & q̄
uētura sunt annūciabit uobis: ille me clarificabit: q̄a de meo accipiet &
annūciabit uobis. Omnia q̄cunq; habet p̄r mea sunt: propterea dixi q̄a
de meo accipiet & annūciabit uobis.

¶ Ex dictis sancti augustini epi de uerbis domini.

Significat sic se itur ad eum q̄ misit illum: ut null⁹ interrogaret
qd' palā fieri uisu corporis cernerēt. Nā superi⁹ interrogauerāt
eū quo esset iturus: dum ad passionē properauit. Et r̄ndit eo se
iturum: quo illi tūc sequi nō possent: nunc aut̄ sic se dicit iturū
ut nullus quo uadit interroget: nubes em̄ suscepit eum q̄n̄ ascendit ab
eis: & euntē in coelū non uerbis q̄sierunt: sed oculis uiderunt. (Sed quia
hęc locutus sum uobis inq̄ tristitia impleuit cor uim.) Videbat utiq;
qd' illa sua uerba in eoz cordib⁹ agerent: spūalem quippe nondū hñtes
interius p̄solationē: quā per sp̄m sc̄m fuerāt habituri: id qd' exterius in
xpo uidebāt: amittere metuebant (Sed ego ueritatē dico uobis expedit
uobis ut ego uadā.) Ac si aperte diceret. Expedit ut forma serui uis sub-
trahat aq̄ ectibus: quatin⁹ amor diuinitatis aptius uis infigatur menti-
bus. Expedit ut notā uobis formā celo inferā quatinus per hoc maiori
desiderio illuc suspiretis. (Si em̄ nō abiero paraclytus nō ueniet ad uos.
Si aut̄ abiero mittā eū ad uos.) Nō q̄a nō poterat ipse in terra posit⁹ da-
re sp̄m discipulis. Hęc loq̄t cū aperte legit: q̄a post resurrectionem ap-
parens eis insufflauit & dixit eis. Accipite sp̄m sc̄m. Sed ipso in terra po-
sito & corporaliter conuersante cum eis non ualebant ad illum erige-
re mentē ad sitienda munera gr̄æ coelestis. Ascendente aut̄ illo ad coe-
los & illi pariter omne desiderium suum in illum transferebāt. Ideo cap-
pates spūs sancti iam facti erant: non ultra de morte eius cōtristati sed p̄
missionis eius munere letati: Pater autem nec lal. oriosa exposiōe in-
digeret: cur eundem spiritum paraclytum id est consolatorem cognomi-

Joan. xv. c.

Sp̄m sanctū
cur paraclytus
appellauit.

nauerit. Quia nimirum corda discipulorum quæ recessus ipsius mesta
reddidisset: huius consolaretur & recrearet aduentus. Non quod antea
spiritus sanctus non esset in cordibus discipulorum uel etiam antiquo-
rum sanctorum: sed manifesta plenitudine ante sic non fuit dactus quo
modo post ascensionem die decimo in centum uiginti homines trans-
missus legitur. Sed in nullo opere cuiuslibet persona patris: uel spiritus
sancti totiusq; sanctæ trinitatis operatio defuit. Sed oportebat ita insi-
nuari trinitatem ut quis nulla esset diuersitas substantiæ: singillatim ta-
men commendaretur distinctio personarum. (Et cū uenerit ille arguet
mundum.) Quid est quod dixit cum uenerit ille arguet mundū? Nū-
quid xps dum esset in mundo non arguit mundū de his omnibus q̄ se-
quūtur? Sed xps solam iudeoz gentem arguit. spūs uero sc̄s in disci-
pulis eius toto orbe diffusus: non unam gētem intelligitur arguisse: sed
mūdum. In quo arguit: in eo per sp̄m sc̄m charitas diffusa est in cordi-
bus eoz q̄ foras mittit timorem: ut non metuerūt mūdum. I. amatores
mundi arguere de peccato: & de iusticia: & de iudicio. Quā sententiam
ipse xps exposuit dicens. (De peccato: quia non credunt in me.) Pecca-
tum incredulitas q̄si speciale posuit. Quia sicut fides origo uirtutū: ita
solidamentum est uiciorum in incredulitate persistere. Dño terribiliter
attestante qui ait. Qui aut̄ non credit iam iudicat⁹ est: quia non credit
in nomine unigeniti filii dei.

Charitas foras
mittit timorē.

Fides origo
uirtutū ac.
Joan. iii. c.

¶ Segmentum ex euangelio iohannis. xvi. cap. E.
qd' canitur dominica. v. post pascha. Historia hu-
ius euangelii facta est anno xpi. xxxiii. nono k̄las
ap̄rlis. feria quinta in coena dñi.

In illo tempore dixit dominus Iesus discipulis suis. Si quid petieritis
patrem in nomine meo dabit uobis. Usq; modo non petistis
quicquam in nomine meo. Petite & accipietis ut gaudium uestrū
sit plenum. Hęc in prouerbis locutus sum uobis. Veniet hora cū
iam non in prouerbis loquar uobis: sed palam de patre meo annuncia-
bo uobis. In illo die in nomine meo petetis. Et nūc dico uobis: q̄a ama-
stis & credidistis quia a deo exiui. Exiui a patre & ueni in mundum. Itē
rum relinquo mundum: & uado ad patrem. Dicant ei discipuli eius.
Ecce nunc palam loqueris & prouerbum nullum dicis nunc scimus
quia scis omnia: & non est opus tibi ut quiste interroget. In hoc credi-
mus quia a deo existi.

¶ Homilia beati Augustini episcopi.

Dvobis modis intelligi potest. Vel quia in nomine meo nō
petistis: quod nomen non sicut cognoscendum est cognos-
cistis: uel non petistis quicquam: quoniam in comparatiōe re-
rum quas petere debuistis pro nihilo habēdum est quod pe-

Quis non petit quod ad sempiternam salutem & gaudium aeternum non pertinet nihil petere uideat ad comparationem illius petitionis: quod petere debuit. (Vsq; modo non petistis quicquid in nomine meo.) Vel ita intelligendum est non petierunt eatenus in nomine saluatoris quod dum ipse saluatoris uisibilis presentia compleret: minus ad inuisibilia salutis dona mentis intuitu exererat. Qui uero contra rationem salutis sue petit non petit in nomine iesu. Hinc dominus sequenter ait. (Petite & accipietis ut gaudium uerum sit plenum.) Significans quod sit nobis petendum. i. ut plenum si gaudium. Unde ait. (& accipietis.) Si illa petimus quod ad plenitudinem eternorum pertineat gaudiorum accipiemus. Plenum ergo gaudium beatitudinem perpetue pacis appellat. Ait itaque. (Petite & accipietis: ut gaudium uerum sit plenum.) Ac si patenter dicat. Non fluxa scilicet gaudia quae & moerore sunt permixta. & dolore sineceda sunt: sed illud singulare gaudium a patre petite cuius plenitudo nullo cuiuslibet iniquitatis attractu minuat nullo unquam termino dissoluatur. (Hac in puerbis locutus sum uobis: uenit hora cum iam non in puerbis loquar uobis sed palam de patre annuntiabo uobis.) Nam paruuli fuerat: & necdum intelligere potuerant quomodo pater esset in filio: & filius in patre & cetera quae ad profunda mysteriorum diuinitate pertinebant: necdum scire potuerat: ideo in prouerbis quasi in enigmate loqui illis uidebat dominus: sed permittit illam horam in qua palam illis de patre loqueretur. Illam nimirum horam significabat quae eis peracta sua passione ac resurrectione spiritus sancti erat gratiam daturus. Tunc etiam spiritualiter instructi spirituali dilectione succens: quo perfectus omnia quae de agnitione diuinitatis mortalibus erat capienda ceperunt eo ardentius solam quae ad eius uisionem promerendam iuuant petere ac desiderare curauerunt. (In illa die in nomine meo petetis.) id est quae ad salutem tantummodo animarum uerum: & quae ad gaudia eterna pertinere uident petere incipientis: & maxime ut intelligatis quod dixi. Ego & pater unum sumus: uel quomodo pater sit in me & ego in patre. Tunc in eius nomine petunt qui dominum petere: quia in sancto eius nomine non aliud quam res ipsa est quae hoc nomine uocatur intelligunt. Hi possunt utrumque cogitare dominum nimirum iesum christum in quantum homo est pro nobis interpellare patrem. In quantum deus est: nos exaudire cum patre quod eum significasse arbitror ubi ait. (Et non dico uobis quia ego rogabo patrem de uobis.) Potest etiam non inconuenienter accipi quod ait. Et non dico uobis quia ego rogabo patrem de uobis: quia non de presenti rogo sed de futuro posuit rogo quod sanctis ad internam pacem receptis: non oportet sit iam aliquid rogare de illis quia nimirum tanta beatitudine donandi sunt quae amplior esse non possit.

¶ Segmentum ex euangelio Marci. xvi. cap. C quod canitur in die ascensionis domini. Historia ipso die facta est ascensionis scilicet feria quinta tertia nonas iunij anno dñi. xxxiii.

nostrem

plenum gaudium beatitudo pacis est.

Joan. x. f.

Pro scilicet non opus est rogare.

ne dispensat. Vna etenim res non pro una reagitur: nam ecce plenus ulceribus mendicus lazarus ante ianuam diuites iacet. Quia de re una dñs iudicia duo expleuit: habuisset etenim fortasse aliquam excusationem diues: si lazarus pauper & ulcerosus ante eius ianuam non iacisset: si remotus fuisset si eius inopia nõ esset oculis importuna. Rursus si longe esset diues ab oculis ulcerosi pauperis minorem tolerasset in animo tentationem pauper. Sed dum egenum & uulneratũ ante ianuam diuitis & deliciis affluens posuit: in una eadẽque re: & ex uisione pauperis non miserẽtũ diuiti cumulum dñationis intulit & rursus ex uisione diuitis tẽtandum quotidie pauperẽ prouabit. Quantas namq; hunc egenũ & uulneribus obsessum tentationes creditis in sua cogitatione tollerasset: cũ ipse egeret pane & non haberet etiã salutẽ atq; ante se diuitem cerneret salutẽ & dilicias habere cũ uoluptate se dolore & frigore afficiat: illũ gaudere cõspiceret: bysso & purpura uestiri: se de primi uulnerib; illũ de laere acceptis rebus: se egere: illũ nolle largiri. Quantum putam; fratres charissimi tũc in corde pauperis tumultus tẽtationis fuit: cui certe poterat ad penam sufficere paupertas etiam si Ianus esset: Rursus sufficisset egritudo etiã si subsidiũ adesset. Sed ut probaretur a pli; pauper simul hũc & paupertas & egritudo tabefecit: atq; in su per uidebat pcedentẽ diuitẽ obsequentib; cũ eis circũ fulciri: & se infirmitate & inopia a nullo uisitari. Nam q̃a nemo ei ad uisitandũ aderat: testatur canes qui licenter uulnera linge bāt. Ex una ergo re oipotẽs deus duo iudicia exhibuit: dũ lazaru pauperem ante ianuã diuitis iacere permisit: ut & diues impi; dñationis sibi augeter ultionẽ & tentat; pauper cresceret ad remunerationẽ. Cõspiciebat ille quotidie cui nõ miseretur. uidebat uide de quo paret: Duo inferius corda: sed un; de super inspector quia & hĩc tẽtando exercebat: ad gloriã & illũ tollerando expectabat ad penam. Nã sequitur. (Factũ est aut; ut moreretur lazarus & portare tur ab angelis in sinũ abrahe. Mortuus est aut; & diues & sepultus est in inferno.) Quia nimirũ diues eũ cui in hac uita misereri non uoluit in suam supplicio positus patronũ querit. Nam ecce subiũgitur. (quia eleuans oculos cũ esset in tormẽtis: uidit abraam a longe & lazaru in sinu ei; & ipse clamãs dixit. Pater abraam miserere mei: & mitte lazaru ut intingat extremũ digiti sui in aquam ut refrigeret linguã meã: quia crucior in hac flãma.) O quanta est subilitas iudicioꝝ dei. O quam dũctricite agitur bonoꝝ actũ: malorũq; retributio. Certe superius dictũ est q̃a in hac uita lazaru cadẽtes micas de mēsa diuitis q̃rebat & nemo illi dabat. Nunc de supplicio diuitis dicitur: q̃a de extremo digito lazari distillat aquam in ore suo concupiscit. Hinc ergo hinc fratres charissimi colligite quanta sit districtio seueritatis dei. Diues enim iste q̃ uulnerato pauperi in mēse sue uel minima dare noluit: in inferno posit; usq;

Ex una re iudicia duo deo exhibuit.

Actus bonorum & malorum retribuitur: ubi agitur.

ad minima querẽda puenit. Nã & gutã aque petiit qui micas panis negauit. Sed notadũ ualde est quid sit: quod diues in igne positus linguã suã refrigerari petiit. Mos q̃ppe est sacri eloqui: ut & aliquãdo aliud dicat; sed ex eodẽ dicto aliud innuat. Superius aut; hũc supbũ diuitẽ dñs nõ loquacitati uacantem dixerat: sed superflue conuiuante. Neq; hũc de loquacitate notauit: sed cũ elatione & tenacia de edacitate peccasset. Sed quia abundare in conuiuio loquacitas solet is qui hic male conuiuatus dicitur: apud infernum grauius in lingua ardere perhibet. Primum namq; male conuiuanti bus famulatur culpa loquacitatis. post loquacitate uero ludendi leuitas sequit. Nã q̃ edacitatem lusus sequatur testatur scriptura diuina q̃ ait. Sedit ppl's māducare & bibere: & surrexerũt ludere. Sed priusq; ad lusum moueatur corp;: ad iocos & uerba inania mouetur lingua. Quid ergo est quod innuitur: q̃a in tormẽtis posit; diues linguã suã refrigerari postulat; nisi quod is qui cõuiuando magis de loquacitate peccauerat. per retributiõis iustitiã in lingua atroci; ardebat; Sed cũ graui ualde est pauore pensandũ: hoc qd; ei per abrahe rñsionem dicit. (Fili recordare quia recepisti bona in uita tua: & lazaru sũt mala. Nũc hic cõsolatur: tu uero cruciaris) Ista fr̃es charissimi sentẽtia pauore poti; indiget q̃ expositiõẽ. Nã si qui estis: qui in hoc mũdo exterioris boni aliqd accepistis: ipsum (ut ita dicã) exterioris donũ pertimescere debetis: ne uobis pro quorũdã uestroz; actũ recõpẽsatiõẽ sit datũ: ne iudex qui hic bona exteriora restituit a retributione bone intimi uos repellat: ne honor hic uel diuitie nõ ad augmentũ uirtutis sed remuneratione sit laboris. Ecce em̃ dũ dicitur. (Recepisti bona in uita tua) indicat; & diues iste bõi aliqd habuisse ex quo in hac uita bona recepit. Rursusq; dũ de lazaro dicitur q̃a recepit mala: pfecto monstratur & lazaru habuisse malũ aliquid quod purgaret. Sed mala lazari purgauit ignis inopie: & bona diuitis remunerauit felicitas tũc euntis uite. Illum paupertas afflixit & restitit: istũ abundantia remunerauit & repulit. quicunq; ergo bona in hoc seculo habetis: cum uos bona egisse recolitis ualde de ipsis pertimescite: ne cõcessa uobis bonoꝝ eorũdẽ remuneratione sit bonoꝝ. Et cũ quoslibet pauperes nõnulla reprehensibilia perpetrasse cõspicitis: nolite despiciere: nolite desperare: quia fortas se quos superfluitas tenuissime prauitatis inqnat: camin; pauperatis purgat. De uobis oĩno pertimescite: q̃a nõnulla etiã male acta p̃pera uita secuta est. De illis uero sollicitẽ p̃sate: quia eorũ uita magis tra paupertas cruciat quousq; ad uite rectitudinem perducatur. Sequitur (Et in his omnib; inter nos & uos chaos magnũ firmatũ est ut hi qui uolũt ad nos trãsire: nõ possint: nec inde hũc trãsire.) Quia in re ualde q̃rẽdũ est: quomodo dicat; hi qui uolũt ad nos trãsire non possint Quia em̃ hi qui in inferno sũt: ad beatoꝝ sortẽ trãsire cupiãt: dubium tra.

Cõsuetudine sunt plena loquaci attis.

Exo. xxxij. b. Diues malus q̃re atrocius i lingua ardebat

Bonũ si q̃s a deo hẽamus pertimescamus.

Salozũ lazari bonorum diuitis q̃ fuit remun. aliteratio.

Dñati an; uelint trãsire ad saluatoꝝ eorũ tra.

non est. Qui uero iam in beatitudinis sorte suscepti sunt: quopacto dei quia transire ad eosque in inferno cruciatur uolunt? Sed sicut transire reprobi ad electos cupiunt. id est a suppliciorum suorum afflictione migrare: ita ad afflictos atque in tormentis positos transire iustorum: est mente ire per misericordiam: eosque uelle liberare. Sed qui uolunt de bonorum sorte ad afflictos atque in tormentis positos transire non possunt: quia iustorum anime quis in sue nature bonitate misericordiam habeat. Iam tamen auctores sui iusticie quicquid tanta rectitudine restringunt: ut nulla ad reprobos compassionem moueant. Ipse quippe iudici precordatur: cui inheret: & eis quos eripere non possunt: nec ex misericordia descendunt: quia tamen illos tunc a se uidebunt extraneos: quantum ab eo quem diligunt auctore suo respiciunt esse repullos. Nec iniusti ergo ad bonorum sorte transierunt: quia damnatione perpetua restringuntur. Neque iusti transire ad reprobos possunt: quia erecti iam per iusticiam iudicii eis nullo modo ex aliqua compassionem miserentur. Sed postquam ardenti diuini de se spes tollitur: eius animus ad propinquos quos reliquit recurrit: quia reproborum mentem pena sua quicquid inutiliter erudit ad charitatem: ut iam tunc et suos spiritualiter diligat: qui hic dum peccata diligenter nec se amabant. Unde nunc subdit. (Rogo te ergo pater: ut mittas eum in domum patris mei: habeo enim quicquid fratres: ut testetur illis ne & ipsi ueniant in hunc locum tormentorum.) Qua in re notandum est: ardenti diuini quantum ad supplicium cumulat: ad penam namque suam ei & cognitio seruatur & memoria. Cognoscit enim lazari: quem despexit. fratrum quoque suorum meminit: quos relinquit. Perfecta quippe ei ultio de paupere non esset si hunc in retributione non recognosceret. & perfecta poena in igne non esset: si non hoc quod ipse patitur et suis timeret. Ut ergo peccatores in supplicio amplius puniantur: & eorum uideatur gloriam quos contempserunt: & de illorum est poena torquentur: quos inutiliter amauerunt. Credendum uero est: quod ante retributionem extremi iudicii iniusti in requiem quosdam iustos respiciunt: ut eos uidentes in gaudio non solum de suo supplicio: sed et de illorum bono crucientur. Iusti uero in tormentis semper intuentur iniustos ut hinc eorum gaudium crescat. quia malum respiciunt: quod misericorditer euaserunt: tantoque maiores creatori suo gratias referunt: quanto uident in aliis quod ipsi perpeti (si essent relictii) potuerunt. Nec illam tamen beatitudinis claritatem apud iustorum animam fuscant aspecta poena reproborum: quia ubi iam compassio misericordie non erit: minui proculdubio bonorum latitiam non ualebit. Quid autem mirum si dum iniusti iniustorum tormenta respiciunt: hoc eis eueniat in obsequio gaudio: quoniam & in pictura niger color substernit ut albus uel rubes clarior uideatur sicut dictum est. Tanto bonis sua gaudia excrescunt: quanto eorum oculis damnatorum mala subterit: que euaserunt. Et quis eis sua gaudia ad perfructum plene sufficiat: mala tamen reproborum absque dubio semper respiciunt: quia qui creatoris sui claritate uident: nil in creatura agere quod uideri non possint. Petenti autem diuini ut lazari mittat: ab abraam prius rideatur (habet moysen & prophetas: audiant illos.) Sed qui dei uerba despe-

Dauit quoniam uidetur saluatus in augmentum supplicij.

Iusti in iustorum tormenta commiserere possunt

xerat: hanc audire non posse suos sequentes estimabat. Unde & respondit diues. (Non pater mihi: sed si quis ex mortuis ierit ad eos: poenitentiam agent.) Cui mox ueraci sententia dicitur. (si moysen & prophetas non audiuit: nec si quis ex mortuis resurrexit credet.) Quia nimis que uerba legis despiciunt: redemptoris precepta que ex mortuis resurrexit: quanto subtiliora sunt tanto hec diffidius implebunt. Minus est enim quicquid per legem dei quam hoc quod per dominum iubetur. Illa enim dari decimas precepit: redemptor uero non ab his que perfectio nem sequuntur omnia dimitti iubet. Illa peccata carnis refecat: redemptor uero non illicitas cogitationes etiam datur. (Sic ergo moysen & prophetas non audiuit: nec si quis ex mortuis resurrexerit credent) quia hi qui uerba legis precepta implere negligunt: saluatoris nostri mandatis altioribus obedire quam conualescunt. Et nimis constat quia cuius implere dicta renuunt: ei proculdubio credere recusant. Hanc nos de ipsa rei gestae consideratione dixisse sufficiat.

Precepta redemptoris sunt subtiliora preceptis legis.

Segmentum ex euangelio Luce cap. xiiii. D. quod canis dñica. ii. post trinitatem. historia facta est Anno xpi. xxxii. v. K's octo dñica.

In illo tempore. D. id est. similitudinem hanc. Homo quidam fecit cenam magnam & uocauit multos. Et misit seruum suum hora cenae dicere inuitatis ut ueniret: quia iam parata sunt omnia. Et coeperunt omnes simul excusare. primus dixit ei. Villa emi: & necesse habeo exire & uidere illam. Rogo te: habere me excusatum. Et alter dixit iuga bouem emi quicquid: & eo parare illa. Rogo te: habere me excusatum. Et alius dixit. uxorem duxi: & ideo non possum uenire. Et reuersus seruus nunciavit hanc domino suo. Tunc iratus pater familias dixit seruo suo. Exi cito in plateas & uicos ciuitatis: & pauperes ac debiles cecos & claudos introduce huc. Et ait seruus. domine factum est ut imperasti: & adhuc locus est. Et ait dominus seruo. Exi in uias & fepes & conpelle intrare: ut impleatur domus mea. Dico autem uobis que nemo uirorum illorum que uocati sunt: gustabit cenam meam.

Homilia beati Gregorii papae de eadem lectione. Habita ad populum in basilica bonorum apostolorum philippi & iacobi dñica. ii. post trinitatem.

Hoc distare fruges charissimi inter delicias corporis & cordis scilicet: quod corporales deliciae cum non habentur graue in se desiderium accendunt cum uero habite eduntur: comedentem protinus in fastidium per facietatem uertunt. At contra spirituales deliciae cum non habentur in fastidio sunt: cum uero habentur: in desiderio. Tantoque a comedente amplius esuriuntur: quanto & abesuriente amplius comeduntur. In illis appetitus placet: experientia displicet. In istis appetitus uilis est: & experientia magis placet. In illis appetitus saturitatem: saturitas fastidium generat. In istis autem appetitus

Corporales deliciae plus desiderium accendunt.

saturitate & saturitas appetitū parit. Augēt em̄ spūales delitiæ delide-
 riū in mēte dū faciār q̄a q̄ntomagis eaz̄ sapor percipit̄: eo apli⁹ cogno-
 scit̄ quo auidi⁹ ametur. Et iccirco nō habite amari nō p̄nt̄: quia eaz̄ sa-
 por ignoratur. Quis em̄ amare ualeat qd̄ ignorat̄? Proinde psalmista
 nos amonet cū dicit. Gustate & uidete qm̄ suavis est dñs. Ac si aperte di-
 car. Suauitate ei⁹ nō cognoscitis si hāc minime gustatis. Sed cibū uitæ
 ex plato cordis tāgite: ut pb̄ates eius dulcedinem amare ualeatis. Has
 aut̄ delicias homo tūc amisit: cū in paradysō peccauit. Extractus em̄ a
 cibo eterne dulcedinis os clausit. Vnde nos quoq; nati in hui⁹ peregrinā-
 tiōis erūna hūc fastidio si ueniētes: nescim⁹ quid desiderare debem⁹.
 Tantoq; se amplius fastidii nrī morbus exaggetat: quātomagis ab esu
 illius dulcedinis animus elongatur. Et eo iā internas delicias nō appe-
 tit: quo eas comedere diu longe q̄ distueuit. Fastidio ergo nrō tabesce-
 mus: & longa inēdie peste fatigamur. Et quia gustate intus nolum⁹ pa-
 ratam dulcedinē: amamus foris miserī famē nostrā. Sed superna nos
 pietas nec deserētēs se deserit. Cōtētas em̄ illas delicias ad memorię no-
 lit̄: & oculos reuocat: easq; nobis p̄ponit in p̄missione torporem excutit
 atq; ut fastidium nrm̄ repellere debeam⁹ inuitat. ait nāq; (Homo qui-
 dā fecit coenā magnā & uocauit multos.) Quis iste homo est nisi ille
 de quo per prophetā dī. Et homo est: & quis cognouit eū? Qui fecit ce-
 nā magnā: quia sacietatē nobis interne dulcedinis p̄parauit. Qui uoca-
 uit multos sed pauci ueniūt: quia nō nūq; ipsi qui per fidē ei subiecti sūt
 eterno ei⁹ conuiuio male uiuēdo p̄traditūt. sequitur. (Misit aut̄ seruū
 suū hora coenæ dicere inuitatis ut uenirēt.) Quid hora coenæ nisi finis
 est mūdi? In quo nimirū nos sum⁹: sicut iā dudū paulus testatur dicens.
 Nos sumus in quo fines sæculorū deuenerūt. Si ergo hora iā coenæ est
 cū uocamur: tāto minus debem⁹ excusare a conuiuio dei: quāto appropin-
 quasset iā cernimus finē sæculi. Quo em̄ pensamus: quia nihil est qd̄
 restat: eo debem⁹ pertimescere: ne tps̄ gr̄e quod p̄sto est pereat. Iccirco
 aut̄ hoc conuiuū dei nō prādiū sed coena nominatur: quia post prādiū
 cena restat. Post cenā uero conuiuū nullū restat. Et quia æternum dei
 conuiuū nobis extremū p̄parabitur: rectū fuit ut hoc nō prādiū sed ce-
 na uocaretur. Sed quis per hunc seruū qui a p̄fe familias mittit ad inui-
 tādum: nisi p̄dicatoꝝ ordo designatur. De quo uidelicet ordine quis
 adhuc indigni existimus. quīs p̄torum nrorum p̄deribus grauamur
 & nos tū in istis diebus sumus: & cum de edificatione uestra uobis ali-
 quid loquor: hoc est quod ago. Seruus enim sum summi p̄is famili-
 as. Cum uos ammoneo ad contemptum sæculi: inuitare uos uenio ad
 cenā dei. Nemo me propter me hoc in loco despiciat. Et si ad inuitā-
 dum nequaquā dignus appareo: sed tamen magne sunt delitiæ quas
 promitto. Sæpe fratres mei solet euenire quod dico: ut persona potēs

psal. xxxiii.

Multi sunt q̄
nesciūt qd̄ dñi
derare obcār.

Escebi. viij.
Cena magna
fecit dñs.

1. Corin. x. c.

Cena facta nul-
lus restat con-
uiuio.

famulū habeat despectū: cūq; per eū suis fortē uel extraneis aliqd̄ respō-
 sum mādāt: nō despicitur persona loq̄ntis serui: q̄a seruat in corde reue-
 rētia miterētis dñi. Nec p̄sant q̄ audiūt per quē: sed qd̄ uel a quo audiāt.
 Ita ergo fr̄es ita uos agite. & si nos fortitā digne despiciatis: in mente tñ
 uī a uocātis dñi reuerētia seruate. Cōuiue fieri summi p̄is familias libe-
 ter obedite. Corda uīa discutite atq; ex eis mortale fastidiū pellite. Ad
 repellēdū nāq; fastidiū uīm̄: iā parata sunt om̄ia. Sed si adhuc carnales
 estis fortasse epulas carnales inquiritis. Ecce ipse carnales epule in spūa
 li uobis alimēto quere sunt. Ad abstergēdum nāq; mētis uīæ fastidiū:
 in cena dñi ille uobis singularis agn⁹ occisus est. Sed qd̄ agim⁹: qui hoc
 qd̄ subiungit̄ adhuc fieri a multis sepe uidem⁹? (Et ceperūt simul om̄es
 excusare.) Offerre deus qd̄ rogari debuerat: nō rogat̄ dare uult qd̄ uix
 sperari poterat: ut dignaretur largiri postulat⁹: & tñ cōtemnitur. Con-
 tentorib⁹ uero paratas delicias refectiōis æternæ denūciat: & tñ simul
 oēs excusant. Ponamus atē oculos mētis minima: ut possim⁹ digne p̄-
 sare maiora. Si quis piā potens ad inuitādum quemlibet pauperē mitte-
 ret: quid fr̄es rogo: qd̄ pauper ille faceret: nisi de eadem sua inuitatione
 gaudere: respōsum humilē redderet: uestē mutaret: ire quātoti⁹ festina-
 ret: ne prior se ad potentis cōuiuiū alter occurreret? Homo ergo diues
 inuitat: & pauper occurrere festinat. Ad dei conuiuū inuitamur & ex-
 cusamus. Sed ecce inter hoc extimare possum⁹: qd̄ sibi corda uīa respō-
 deāt. Occultis em̄ fortasse sibi cogitatiōibus dicūt excusare nolu-
 mus. Ad illd̄ em̄ superne refectiōis cōuiuiū & uocari & peruenire gratu-
 lamur. Loq̄ntes uobis talia mētēs uīe ueꝝ dicūt: si nō plus terrena q̄ cœ-
 lestia diligunt. Si nō aplius rebus corporalibus q̄ spūalibus occupātur.
 Vnde hic quoq; ipsa excusantiū causa subiungit̄: cum p̄tin⁹ subinferet̄
 (Prim⁹ dixit. uillā emi & necesse habito exire & uidere illā. Rogo te ha-
 be me excusatum.) Quid per uillā nisi terrena substātia designat̄? Exiit
 ergo uidere uillā: q̄ sola exteriora cogitat p̄pter substātiā. (Alter dixit
 Iuga boum emi qnq; & eo probare illa. rogo te habe me excusatum.)
 Quid in quinꝝ iugis boum nisi quinꝝ corporis sensus accipim⁹? Qui
 recte quoq; iuga boum uocati sunt: quia in utroq; sexu gemināt. Qui
 uidelicet corporales sensus quia interna comprehendere nesciunt: sed
 sola exteriora cognoscunt: & deserentes intima: ea quæ extra sunt tan-
 gunt: recte per eos curiositas designatur: quæ dum alienam querit uitā
 discutere semper sua intima nesciens studet exteriora cogitare. Graue
 nāq; curiositatis est uisum: q̄ dum cuiuslibet mentem ad inuestigādum
 uitam proximi exterius ducit: semper ei sua intima abscondit: ut ali-
 na sciens se nesciat. Et curiosi animus quāto petitus fuerit alieni meriti: tā-
 ro fiat ignarus sui. Propter hoc namq; & de eisdem quinꝝ iugis boum
 dī. (Eo probare illa. rogo te habe me excusatum.) Ipsa em̄ excusantiū

Illa terrenā
 substātiā sig-
 nificat.
 Quinꝝ quinꝝ
 iuga qnq; sens
 suos replentat.

uerba a uerbi sui significatione nō discrepāt: dū dicit. Eo pbare illa: q̄a
 uidelicet aliq̄n pertinere pbatio ad curiositatē solet. Sed notandū est
 q̄d & is q̄ ppter uillam: & eis q̄ ppter pbāda iuga boum a cena sui inuit
 tatoris se excusat: humilitatis uerba p̄misit dicens. (Rogo te habe me ex
 culatum.) Dum em̄ dicit rogo te & uenire p̄remittit: humilitas sonat in
 uoce: superbia in actiōe. Et ecce hęc diiudicat praua quisq̄ cum audit:
 nec tñ ea q̄ diiudicat: agere desistit. Nam dum cui libet peruerse agenti
 dicimus querere: deum seq̄re: mūdum relinq̄: ubi hūc nisi ad dñicā cē
 nam uocamus: licet dum rñdet: ora p̄ me: quia p̄tōr sum: hoc facere
 nō possum: quid aliud agit: nisi & rogat & excusat. Dicens namq̄ quia
 p̄tōr sum: humilitatem insinuat: subiūgens autem p̄uerti nō possum:
 superbiam demōstrat. Rogādo igit̄ excusat q̄a & humilitatem super
 ducit in uoce & superbiā exercet in actiōe. (Alius aut̄ dixit: uxore duxi
 & ideō nō possum uenire.) Quid per uxorem nisi uoluptas carnis acci
 pitur. Nam q̄uis bonum sit p̄iugium atq̄ ad p̄p̄gādā sobolem p̄u
 dentia diuina p̄stitutum. Nonnulli tñ nō per hoc fecunditatem prolis
 sed desideria expectum uoluptatis: & idcirco per rem iustam significari
 pōt non incongrue res iniusta. Ad cenam ergo uos aeterni cōuiuii sum
 mus p̄ familias inuitat: sed dum aliq̄ auariā: aliq̄ curiositatē: alius uo
 luptati carnis est dedit: nimir̄ reprobī sim̄ul oēs excusant: dum hūc ter
 rena cura occupat: illum alieni actus sagax cogitatio deuastat: alterius
 etiā mētē uoluptas carnalis inq̄nat: fastidiosus q̄sq̄ ad eternā uite epu
 las non festinat. Sequitur. Reuersus seruus nunciauit hec dño suo. Tūc
 iratus p̄ familias dixit seruo suo. Exi cito in plateas & uicos ciuitatis: &
 pauperes debiles cecos & claudos introduc huc. Ecce qui terrene sub
 stantiā plus iusto incumbit: uenire ad dominicā cenam recusat: qui
 labori curiositatis insudat: p̄parata uitā & alimenta fastidit: qui carna
 libus desideriiis inseruit: spiritualis conuiuii: apulas respuit. Quia ergo
 uenire superbi renunt: pauperes eliguntur. Cur hoc est? Quia iuxta
 pauli uocem infirma mundi eligit deus: ut confundat fortia. Sed notan
 dum nobis est quomodo describantur qui ad cenam uocātur: & ueni
 unt. Pauperes & debiles dicuntur qui iudicio suo apud semetip̄os infir
 mi sunt. Nam pauperes & quasi fortes sunt: q̄ & positi in paupertate su
 perbiunt. Ceci uero sunt qui nullum ingenii lumen habēt. Claudī quo
 q̄ sunt: qui rectos gressos in operatione non habent. Sed dum morum
 uitia in membrorum debilitate signantur: profecto liquet: quia sicut il
 li p̄tōres fuerunt. qui uocati uenire uoluerunt: ita ara hi quoq̄ pecca
 tores sunt: qui inuitantur: & ueniunt. Sed p̄tōres superbi respuuntur: ut
 peccatores humiles eligantur. Hos itaq̄ eligit deus quos despicit mūdus:
 quia plerumq̄ ipsa despectio hominem reuocat ad semetip̄sum. I s em̄
 qui patre reliquit: & p̄tē subitā: quā perceperat prodige expendit:

Coniugii do
mum est.

Quarta curio
sitas & volup
tatis in uo
luptate

f. Corint. i. o.
pauperes & de
biles q̄ dñi.

De eligit quos
mūdus despicit.
Luc. xv. o

post q̄ extirire cepit: in se reuert̄ dixit. Quanti mercenarij in domo pa
 mei abūdant panib⁹. Longe quippe a se discesserat: quando peccabat.
 Et si nō esuriisset: in semetip̄sum minime rediit. Quia postq̄ terrenis
 rebus indiguit: tūc cogitare cepit quid de sp̄ualib⁹ amisit. Pauperes er
 go & debiles ceci & claudī uocātur & ueniūt quia infirmi quiq̄: atq̄ in
 hoc mūdo nō habent ubi delectentur. Quod bñ amalechitarū puer ille egypti
 p̄ti⁹ designat. qui a malechitis p̄danub⁹ atq̄ currentib⁹ eger remansit
 in uia: & fame sitiq̄ aruit. quē cum dauid inuenit: e cibum potumq̄ p̄bu
 it: qui llico cōualescens dux dauid factus est. Conuiuantes amalechi
 tas reperit: & eos qui se debilem reliquerant: cum magna fortitudine
 prostrauit. Amalechita quippe populus lambens uocatur. Et quid p̄ lā
 bentem populū nisi mentes seculariū designantur: qui terrena cūcta
 ambiendo quasi lambūt: dum solis t̄palib⁹ delectātur. Quasi em̄ popu
 l⁹ lambens p̄dam facit: dum terrena diligentes lucra de alienis danni
 s exaggerant. Sed puer egypti⁹ eger in uia relinquitur quia peccator q̄
 q̄ dum infirmari: ab hui⁹ mūdi statu ceperit: mox secularibus mentib⁹
 in despectū uenit. Quem tñ dauid inuenit: eiq̄ cibum & potum p̄bet q̄a
 manu fortis dñs abiecta mundi nō despicit: & plerumq̄ eos qui sequi
 mundum minime ualentes: q̄ si in uia remanent: ad amoris sui gratiā
 cōuertit: eisq̄ uerbi sui cibum potumq̄ porrigit: & q̄ si duces sibi in uia e
 ligit: dū suos etiā p̄dicatores facit. Dū em̄ christū peccatorū cordibus i
 ferunt: q̄ si dauid super hostes ducunt. Qui cōuiuātes amalechitas ue
 lut dauid gladio feriunt: quia superbos quosq̄ qui se in mūdo despexe
 rant: dñi uirtute p̄ternūt. Puer ergo egypti⁹ qui in uia remāserat: ama
 lechitas interfecit: quia plerūq̄ ipsi mentes seculariū p̄dicādo superant
 qui prius cū secularib⁹ currere in hoc mundo non ualebant. Sed dedu
 ctis ad cenam pauperibus quid puer subiungat audiamus. (Domine
 factum est ut imperasti: & adhuc locus est.) Multi tales ad cenam do
 minicā ex iudea collecti sunt: sed multitudo que ex israelitico popu
 lo credidit: locum superni conuiuii non impleuit. Intrauit iam frequē
 tia iudeorum. Sed adhuc locus uacat in regno: ubi suscipi debeat nu
 merositas gentium. Vnde & eidem seruo dicitur. (Exi in uias & sepes: &
 compelle intrare ut impleatur domus mea.) Cum de uicis & plateis ad
 cenam quosdam dominus inuitat: illum uidelicet populū designat:
 qui tenere legem sub urbana conuersatione nouerat. Cum uero con
 uias suos colligi ex uis & sepibus p̄cipit: nimirum a grestem popu
 lum colligere id est gentilem querit. de cuius significatione per psalmi
 stam dicitur. Tūc exultabunt omnia ligna siluarū āte faciem dñi qm̄
 uenit. Ligna enī n silue gēces uocate sunt: qui in infidelitate sua torte
 & infructuose semper fuerunt. Quia ergo ex illo aggrati usu conuersi

i. regū. xxx. e

Amalech: ita po
pulus lambens
uocatur.

Gloria tempora
se multi conan-
tur apprehende-
re & nequeunt.

Offic. iij.

Die cuiusq; fi-
delis vir deus
est.

Offic. iij.

Die nre mace-
ria sepeliuntur.

unt ad certam iudicam quasi ex sepibus uenerunt. Notandum uero est
quod in hac imitatione tertia non dicitur inuita sed compelle intrare. Alii enim
uocant & uenire continent. Alii uocantur & ueniunt. Alii autem nequaquam di-
citur quia uocatur: sed compelluntur ut intraret. Vocatur & uenire continent
quidomni quidem intellectus accipiunt: sed eundem intellectum opibus non se-
quuntur. Vocatur & ueniunt: qui acceptam intellectus gratiam operando per-
ficiunt. Quidam uero sic uocantur ut et compellantur. Nam sunt nonnulli qui bona
facienda intelligunt: sed hec facere desunt. Videtur quod agere debeant: sed hec
ex desiderio non sequuntur. His plerumque (ut superius diximus) contingit ut eos
in carnalibus desideriis suis mundi huius aduersitas feriat: apprehendere tem-
poralem gloriam contendant: & nequeant: & dum per alta pelagi quasi ad gran-
diores curas huius seculi nauigare proponunt: semper aduersis fluctibus ad
deiectionis sue littora repellantur. Cumque se fragili in desideriis suis aduersante
mundo conspiciunt: quid de se auctori suo debeant commemorant: ita ut ad
eum erubescere redeant: qui cum superbietae pro mundi amore desererent
Sepe namque nonnulli ad temporalem gloriam proficere nolentes aut longa egrit-
tudine tabescunt: ut afflicti iniuriis concidunt: aut percussi grauius danis
affliguntur: & in mundi dolore uident: quia nihil consistere de eius uoluptate
debuerunt: sequi ipsos in suis desideriis reprehendentes: ad deum corda con-
uertunt. De his quippe dominus per prophetam dicit. Ecce ergo sepiam uiam tu-
am spinis: & sepiam eam maceria: & semitas suas non inueniet: & sequitur
amatores suos: & non apprehendet eos: quare & non inueniet eos: & dicit. Va-
dam & reuertar ad uirum meum priorem: quia bene mihi erat tunc magis quam
nunc. Vir uniuscuiusque fidelis anime deus est: quia hec uidelicet ei est con-
iuncta per fidem. Sed illa que coniuncta deo fuerat aia amatores suos
sequitur: quoniam mens que iam credidit per fidem: adhuc se in mundis spiritibus inope-
ratione subternit: mundi gloriam querit: carnali delectatione pascitur: ex
quisitis uoluptatibus nutritur. Sed plerumque omnipotens deus talem animam
misericorditer respicit: & eius uoluptatibus amaritudines permiscet. Un-
de dicit. Ecce ego sepiam uias tuas spinis. Vie eternam nostre spinis septe-
sunt: quoniam in hoc quod male cupimus: dolorum compunctiones inuenimus.
Et sepiam eos maceria: & semitas suas non inueniet. Via nostre maceria
sepiuntur: cum desideris nostris dure in hoc mundo obiectiones resistunt. Et
semitas nostras inuenire non possumus: quia hoc quod male querimus
adipisci prohibemur. Et sequitur amatores suos: & non apprehendet
eos: quare & non inueniet eos. quia malignos spiritus quibus se in su-
is desideriis anima subdit: ad desideriorum suorum effectum minime con-
prehendit. Sed ex hac salubri aduersitate quanta utilitas nascatur: ad-
augit cum subditur: & dicit. Vadam & reuertar ad uirum meum prio-
rem: quia bene mihi erat tunc magis quam nunc. Postquam ergo uias suas
spinis sepias inuenit: postquam amatores suos apprehendere non ualet: ad amo-

DEAL
rem uiri prioris redit: quia plerumque postquam in hoc mundo non
mus obtinere quod uolumus: postquam in terrenis desideriis de impossibilitate
lassamur: tunc ad mentem deum reducimus: tunc placere incipit quod dispi-
cebat: & is cuius nobis amara fuerant precepta: repetere dulcescit in memo-
ria & peccatrix anima que adultera conata est esse: nec tamen aperto opere potuit:
decernit esse fidelis consilium. Qui ergo huius mundi aduersitatibus facti ad
dei amorem redeunt atque a presentis uite desideriis corriguntur: quod isti fratres mei
nisi compelluntur ut intraret. Sed ualde est tremenda sententia: que peritum subin-
fertur: interta hac cordis aure percipite fratres: & domini mei (in quantum peccato-
res fratres mei: in quantum iusti domini mei) interta hac aure percipite: ut tanto eam
minus se natiatis in examine: quanto nunc auditis formidolosius in predicatio-
ne ait enim. (Dico enim uobis quia nemo uirorum illozum uocati sunt: gustauit
cenam meam.) Ecce uocat per se. uocat per angelos. uocat per presbiteros. uocat per
prophetas. uocat per apostolos: uocat per pastores. uocat etiam per nos: uo-
cat plerumque per miracula: uocat plerumque per flagella. uocat aliquando per huius
mundi prospera. uocat aliquando per aduersa. Nemo contemnat: ne dum uocat ex-
cuset: cum uoluerit intrare non ualeat. Audite quod sapientia per salomonem
dicat. Tunc inuocabunt me & non exaudiam: mane consurgent: & non inuenient
me. Hic est quod fatue uirgines tarde uenietae clamant dicentes. Domine domine a-
peri nobis. Sed iam tamen aditum quod tibi dicitur. Amen dico uobis nescio uos.
Quid inter hec fratres charissimi nisi relinquere omnia debemus? & curas mundi
post ponere: solis desideriis eternis inhiare? Et si cuncta huius mundi relin-
quere non potestis: sic tenete quod huius mundi sunt: ut tamen per ea non teneamini
in mundo. ut terrena res possideatur & non possideat.

¶ Segmentum ex euangelio luce. xy. cap. A quod canitur dominica. iij. post tri-
nitatem. hystoria facta est anno christi. xxxiii. vi. kalendas septembris. feria. v.

In illo tempore. Accesserunt ad dominum iesum publicani & peccatores: ut
audirent illum. Et murmurabant pharisei & scribe dicentes. Quia
hinc peccatores recipit & manducat cum illis: Et ait ad illos para-
bolam istam dicens. Quis ex uobis homo qui habet centum oues & si per-
diderit unam ex illis: nonne dimittit nonaginta nouem in deserto & uadit
ad illam que perierat donec inueniat eam: & cum inuenit eam: imponit in hume-
ros suos gaudens & ueniens domum conuocat amicos & uicinos dicens illis.
Congratulamini mihi quia inueni ouem meam que perierat. Dico uobis: quod ita
gaudium erit in celo super uno peccatore penitentiam agente: quam supra nonaginta
nouem iustis quoniam non indigent penitentia: Aut que mulier habens dragmas de-
ce si perdiderit dragmam unam nonne accedit lucernam & euertit domum & que-
rit diligenter donec inueniat eam. Et cum inuenit: conuocat amicas & uici-
nas dicens. Congratulamini mihi: quia inueni dragmam quam perdideram. Ita
dico uobis gaudium erit in celo super uno peccatore penitentiam agente.

¶ Homilia beati clementis.

Bona nos ue-
cat multiplici-
ter.

Prover. i. d.

albat. xxy. a

Bona mundi
qualiter sunt te-
nenda.

Empus quod corpori meo ualde contrarium est: loqui
 me diu de expositione euangelii longa mora interueniente pro
 hibuit sed non quia lingua tacuit: ardere charitas cessauit. Hoc et
 tunc dico quod apud se unusquisque uerum cognoscit. Plerumque charitas
 quibusdam occupationibus prepedita: & integra flagrat in corde: & tunc
 non monstratur in opere. Quia & sol cum nube tegitur non uidetur in ter
 ra & tunc ardet in celo. Sic esse occupata charitas solet: & in terra uim sui ar
 doris exprimit: & foris flamas operis non ostendit. Sed quia nunc ad loque
 dam tempus rediit uestra mensura accendat ut mihi tanto amplius loqui
 libeat quanto hoc uere mentes desiderabiliter expectant. Audistis in lectione
 euangelica fratres mei. (Quia peccatores & publicani accesserunt ad redempto
 rem nostrum.) & non solum ad colloquendum sed etiam ad conuersendum recepti
 sunt. (Quod uidentes pharisei indignati sunt.) Ex qua recolligitur quia
 uera iusticia compassione habet: falsa iusticia indignationem quibus & iusti
 si soleant recte peccatoribus indignari. Sed aliud est quod agit typo super
 bie aliud quod zelo discipline: indignatur etenim sed non indignatus: des
 perant: sed non desperat. Persecutionem commouent sed amantes quia & si
 foris increpationes per disciplinam exaggerant in terra tamen dulcedinem per cha
 ritatem seruant. Preponunt sibi in animo ipsos: plerumque quos corrigunt melio
 res existimant eos quoque quos iudicat. Quod uidelicet agentes & per dis
 ciplinam arguunt subditos & per humilitatem custodiunt semetipsos. At contra
 hi qui de falsa iusticia superbire solent ceteros quos despicunt nulla infir
 mitatibus nisi a condescendunt. Et qui se peccatores esse non credunt: eo deterius
 peccatores sunt. De quorum perfecto numero pharisei extiterunt: qui diiudican
 tes dominum quod peccatores suscipiet: a terribili corde ipsum forte mente reprehendebat.
 Sed quia egri erant: ita ut egros se esse nescirent: quoniam quod erant agnoscerent
 celestis eos medicus blandis fomentis curat. Benignum paradigma obicit.
 & in eorum corde uulneris tumorem premit. Ait namque. (Quis es uobis homo qui
 habet centum oves: & si perdidit unam ex illis nonne dimittit nonaginta nouem
 in deserto & uadit ad illam que perierat.) Ecce mira dispensatione pietatis
 similitudinem ueritas dedit: quod & in se homo ipse recognosceret. Et tunc hec spe
 cialiter ad ipsum auctorem hominum pertinet. Quia enim centenarius numerus
 perfectus est: ipse centum oves habuit cum sanctorum angelorum substantiam & ho
 minum possedit. Sed una ovis tunc perit quoniam peccando homo pascula uitedere
 liquit. Dimisit autem nonaginta nouem oves in deserto quia illos summos an
 gelorum choros reliquit in celo: Cum autem celum desertum uocat: nisi quod
 desertum uocat derelictum. Tunc autem celum homo deseruit cum peccauit. In
 deserto autem nonaginta nouem oves remanserunt quoniam in terra dominus unam qui
 rebat. Quia rationalis creature numerus angelorum uidelicet & hominum
 qui ad uidentem dominum conditum fuerat periret: homo erat imminutus. Et ut per
 fecta summa ouium ad integraretur in celo homo: perditus que rebatur in

is impe
 Ch. p. 112
 cop. 112
 elois mon
 stratur.

Uera iusticia
 compassionem ha
 bet falsa dedi
 gnationem.

que

Cur celum uoca
 tur desertum ra
 tionalis crea
 turas ad uiden
 dum dominum
 hinc conuenit.

terra. Nam quod hic euangelista dicit in deserto an
 ut significet in excelsis: quia nimirum oves que non perierant in sublimi
 bus stabant. Et cum inuenit ouem imponit in humeros suos gaudens ouem
 in humeris suis imposuit: quia humanam naturam suscipiens peccata
 nostra in se portauit. Et ueniens domum conuocat amicos & uicinos di
 cens. (Congratulamini mihi quia inueni ouem que perierat.) Inuen
 ta oue ad domum redit quia pastor noster reparato homine ad regnum
 celeste rediit: sibi amicos & uicinos inuenit. Illos uidelicet angelorum
 choros qui amici eius sunt: quia uoluntate eius continue in sua stabilitate
 te custodiunt. Vicini quoque eius sunt quia claritate uisionis illius sua as
 siduitate perfruuntur. Et notandum quod non dicit congratulamini
 inueniente oue: sed mihi quia uidelicet eius est gaudium uita nostra & cum
 nos ad celum reducimus solentatem lætitiæ illius implemus. (Dico
 uobis quod ita gaudium erit in celo super uno peccatore poenitentiam
 agente: quam supra nonaginta nouem iustos qui non indigent poenit
 entia.) Considerandum nobis est fratres mei. Cur dominus plerumque de con
 uersis peccatoribus: quam de stantibus iustis in celo gaudium esse fa
 teatur unde hoc: nisi quod ipsi per quotidianum uisionis experimen
 tum nouimus? Quia plerumque hi qui nullis se oppressos peccatorum
 mollibus sciunt: stant quidem in uia iusticie nulla illicita perpetrat: sed
 tamen ad celestem patriam anxie non anhelant. Tantoque sibi in rebus
 licitis usum præbent quanto se perpetrasse illicita nulla meminerunt.
 Et plerumque pigri remanent ad exercenda bona præcipua: quia ualde
 sibi secuti sunt quod nulla commiserunt mala grauiora. At contra
 nonnunquam hi qui se aliqua illicita egisse meminerunt: ex ipso suo
 dolore compuncti inardescunt in amorem dei: seseque in magnis uirtu
 tibus exercent. Cuncta difficilia sancti certaminis appetunt omnia
 mundi derelinquunt. Honores fugiunt: acceptis contumeliis lætan
 tur si agra desiderio: ad celestem patriam anhelant. Et quia se erras
 se a deo considerant: damna præcedentia. Lucris sequentibus recom
 pensant. Maius ergo de peccatore conuerso quam de stante iusto gau
 dium fit in celo: quia & dux in prælio plus eum militem diligit qui post
 fugam reuersus hostem fortiter præmit: quam illum qui nunquam ter
 ga præbuit: & nunquam aliquid fortiter gessit. Sic agricola illam ar
 plius terram amat quæ post spinas uberes fruges profert: quam eam que
 nunquam spinas habuit & nunquam fertilem messem produxit. Sed in
 ter hæc sciendum est: quia sunt plerique iusti in quorum uita tamen est
 gaudium ut eis quelibet peccatorum poenitentia præponi nullatenus possit.
 Nam multi nullorum sibi malorum sunt consci: & tamen in tanti ar
 doris afflictione se exercent: ac si a peccatis omnibus coagularentur.
 Cuncta etiam licita respuunt ad despectum mundi sublimiter accin

Amici dei sunt
 qui sunt.
 Quia nra gau
 dium est xpi.

uoy m

Cur de conuer
 so peccatore pl
 gaudium in celo
 quia de iustis

Iusti poenitent
 tis uoluntate

Lumē intesta
 ditinuitas i car
 ne est.
 qd dicitur.
 Domū euerit
 quid sit.

voluit omne qd licet. bona sibi amputat etiā pcessas
 ptemnūt hūilita: inuisibilib? accēdūtur. Lamētis gaudēt: in cunctis se
 metipfos humiliāt. Et sicut nōnulli: pētā opey: sic ipsi pētā deplorāt cog
 gitationū. Quid itaq; istos nisi iustos dixerim & penitētes q se & in peni
 tentia de pētō cogitationēs humiliāt: & recti semper in opere perseverāt
 Hinc ergo colligēdū est qntum deo gaudiū faciat: qū humiliter plāgit
 iustus: si facit in caelo gaudiū qū hoc qd male gessit: per penitētiā dam
 nat in iustus. Sequitur aut q mulier hīs dragmas decē: & si perdidit dra
 gmā unā nōne accēdit lucernā: & euerit domū & qrit diligēter donec
 inueniat. &c. (Qui signat per pastore ipse & per mulierē: pte eū de? ip
 se & dei sapiētia. Et qā imago exprimit in dragma: mulier dragma per
 didit: qū scilicet hō qui pēdit? ad imaginē dei fuerat: peccādo a similitudi
 ne sui pēditoris recessit. Sed accēdit mulier lucernā: qā dei sapiētia appa
 ruit in hūanitate. Lucerna qppe lumē intesta est. Lumē uero intesta ē di
 uinitas in carne. De q uidelicet testa sui corporis dicit ipsa sapiētia. Ex
 aruit uelut testa uirtus mea. Quia em testa in igne solidat: ei? uirtus si
 cut testa exaruit: qā assumptā carnē ad resurrectiōis gloriā ex passionis
 tribulatiōe roborauit. (Accēsa aut lucerna euerit domū) qā mox ut ei?
 diuinitas per carnē claruit: omnis se nīa psciētia cōcussit. Domus nāq;
 eueritur cū cōsideratiōe sui reatus hūana cōscientia perturbatur. Qui
 eueritiōis sermo nō discrepat ab eo qd in aliis codicibus legit: emūdat:
 qā nimis praua mēs si nō prius per timorē euerit: ab assuetis uitiis non
 emūdat. Euerla ergo domo inuenit dragma: quia cū perturbat con
 sciētia hominis reparatur in homine similitudo cōditoris. (Et cū inue
 nerit: cōuocat amicas & uicinas suas dicēs. Cōgratulamini mihi omēs
 quia inueni dragmā meā q perdidērā.) Quā amicā uel uicinā nisi ille
 peccitates caeloꝝ sunt iā supernis dedite q tanto superne sapientiē iuxta
 lunt: quāto ei per grām cōtinue uisiōis appropinquant.

¶ Laus deo. § III

¶ Expliciter homiliae diuersorum authorum in segmenta
 ex quattuor euangelistis excerpta quae diebus dominicis per
 annum cantantur: de nouo emēdatā: auctā: a notate & nu
 per impressā Hispali opulentissima ac nobilissima Hispa
 niarum urbe per Ioannē Varela tribunus eiusdem ciuitate.
 Anno ex quo uerbum caro factum est & habitauit in nobis.
 M. D. xxxiii. die uero nono mensis februarii.

ram dei genitricem
 delgado Licenciatus carmen pientissime dica
 tum.

Candida uerbigenae genitrix sanctissima prolis.
 Quae es super angelicis glorificata thronis:
 Candida q̄ superas ebur & cristalla nitore.
 Intus & exterius cādida tota uigens.
 Candida quae uincis niueo cādore columbas.
 Et speciosa nimis: & pia mī aue.
 Candida nos meritos tibi nunc celebramus honores.
 Accipe sollicitas corde gemente p̄ces.
 Candida tu primum concepta es mente creatis.
 Postmodo labe carens carnis origo tuae.
 Candida tunc forma stellas superabat eoas.
 Oraq; tunc prima cādidiōra niue.
 Candida cui brachia: & frons candida: candida certix.
 Albentes plusq; lilia cana. genae.
 Candida cādentes uicit pueritia flores.
 Cum teneris ānis membra tenella forent.
 Candida crescentis fuerat reuerentia uultus.
 Clarus & in toto corpore cādor erat.
 Candida te grauitas tenuit iuuenilibus ānis.
 Angelici mores: mens humilifq; pudor.
 Candida plus multo tunc facta es: flāmine dātes.
 Cum xps carnes induit ipse tuas.
 Candida sic reliquos uixisti nobilis ānos.
 Quod tibi terra parem: nec dabit usq; polus.
 Candida nā dextrā nati sine fine beatis
 Intemerata tenes uirgo benigna tui.
 Candida purpureos succendit tirā amictus:
 Stringit & auratā gemme azona togā.
 Candida bisseis frontem p̄ acingeris astric.
 Sustinet albentes clara diana pedes.
 Candida cādidiōra: iā cādentiōra rerum.
 Effice nos meritis tempus in omne tuos.
 Magna tua est bonitas uirgo: tu mitis ocellos.
 Conuertere & p̄cibus semper adesto piis.
 Inspice quā multis iactetur uita periclis.
 Non uelis humanum diua perire genus.

Quod ut omne ad lucem unum.
tamen interea fragilis miserere clientis.
Alma parens notis annue quaeso meis.

CTABVLA AD PROMPTVS INVENIEN-
dum euāgelia & homilias q̄ in hoc libro continentur secun-
dum numerum foliorū ordine alphabetico.

A Nno quodecimo imperii.	Homilia uene. bede pb̄i. fo. xli.
Homilia b̄i gregorii. fo. ix.	Ego sū pas. bo. Ho. b. gre. fo. lii.
Ascendente iesu in nauiculam.	Erat hō ex pha. ni. ho. ni. ue. be. lx
Homilia origenis. fo. xxix.	Homo qdā erat diues qui in.
Assumpsit aut̄ iesus duodecim discipulos.	Homilia beati gregorii. fo. lxvii.
Homilia b̄i gregorii. f. xxxvi.	Homo quidā fecit cenā magnā.
Abiit iesus trans mare galilee.	Homilia beati grego. fo. lxxvi.
Homilia uene. be. fo. xliii.	In principio erat uerbu & uerbu.
Accesserūt ad. d. iesu pu. & pha.	Homilia beati augustini. fo. xliii.
Homilia b̄i clemē. fo. lxix.	Miserunt iudei ad hierosolymam.
Cū audisset iohannes in uinculis.	Homilia beati gregorii. fol. vii.
Homilia beati gregorii. fo. v.	Maria magdalene & maria iacobi
Cū natus eēt iesus in bethleem.	Homilia beati grego. fo. xlviii.
Homilia b̄i gregorii. fo. xviii.	Modicum & iam non uidebitis.
Cū factus eēt dñs iesus annoꝝ	Homilia uenerab. bede. fo. liiii.
Homilia uene. be. fo. xx.	Nuprie facte sunt in cana galilee.
Cū descendisset iesus de monte.	Homilia uenera. bede. fo. xxii.
Homilia origenis. fo. xxvi.	Postq̄ consumati sunt dies.
Cum turba plurima conueniret.	Homilia uenerabilis be. fo. xvi.
Homilia b̄i grego. fo. xxxv.	Quis es tuobis arguet me de.
Cū appropinq̄isset. d. i. Hieroso.	Homilia beati grego. fo. xliiii.
Homilia uene. bede. fo. xly.	Recubentibꝫ undecim discipu.
Cum sero eēt die illa una sabba.	Homilia beati gregorii. fo. lvii.
Homilia b̄i gregorii. fo. liii.	Sise factū ē regnū coel. ho. q̄ semē.
Ductus est iesus in desertum	Homilia beati augusti. fo. xxxi.
Homilia b̄i grego. fo. xxxviii.	Sise factū ē regnū coc. homini p̄i.
Erunt signa in sole & luna & stel.	Homilia beati grego. fo. xxxii.
Homilia beati grego. fo. iii.	Si quis diligit me sermonē meum.
Exultauit iesus in spū sc̄to.	Homilia beati gregorii. fo. lix.
Homilia b̄i augusti. fo. xxxii.	Si quid petieritis p̄m in nomine.
Egressus inde iesus secessit in par.	Homilia beati augustini. fo. lxx.
Homilia uenera. bede. fo. xl.	Vado ad eum qui misit me &.
Erat iesus eiciens demonium.	Homilia beati augustini. fo. ly.

LUDOVICVS LINARES RONDENSIS AN-
grammaticae p̄fessor. Cādida uerbigrine genū hoc carmē elegia-
cum nō minus lepidum & decorum: quā qd̄ ab elegiacis scri-
bi solet. tā facile est: ut explanationis non egeat: nec tñ nihil dī-
cā interdum uocabula explanabo. In quo carmine Petrus nuñez del
gado cathedraticus deiparā uirginem post innumeras laudes alloqui-
tur: primo ut p̄ces n̄as accipere dignetur. deinde ne genus humanum
in tātis periculis constitutum perire uelit quāquidē ob causam illiꝫ ge-
nitricem dei fuisse p̄stat. postremo ut suis uotis: q̄ sanctissima credimus
esse faueat. Cādida. cādidas dī qui omnia bono oculo aspicit: nulliq̄
inuidet aut detrahit. thronis. thronus grece: latinæ pp̄riæ regis dī sed-
des. ebur. dens elephātis hoc solum est ebur. Cādida. idest sine macula.
columbas. columbæ dictæ qd̄ colla earum ad singulas conuersiones
colores mutat. octonis ānis uiuunt sc̄d̄m Pliniū. pia. idest misericors iu-
xta illd̄ o clemens o pia. Aue. salutādi uerbum est defectiuū. Aue gr̄a-
ce dī chere. hebraice salalach. idest pax tecum. cōcepta est mente crea-
tis. Prouerbioꝝ. viii. necdum erāt abyssi & ego iā concepta eram. mēs
est q̄ uiuimus. animus quo sumus homines qd̄ terra nec polꝫ dabit pa-
rem. Sedulius in. ii. Nec primā uisa es nec similem habere sequentem.
polus. sumitas spheræ: interea. idest dum hoc geritur ut dirigas & reliq̄
nā interea particula p̄terita negotia coniungit futuris. plura erāt sed
nos his contenti exoptatum portum intramus.

visitas unum meo ist cy dis facta

[Handwritten notes and signatures]
L. de O. Linares Anno de 1630


~~1457~~ ~~in caven inter...~~

In illo tempore cum factus iesus dominus

Franciscus chio

ingenium

3 que la...



gls
my nob...